1197.

…rum Univers. Jagell.

Twierzowicz franc. Antonii Dissertatio canonico-civilis de iure universitatum studii generalis

IN NOMINE DOMINI, AMEN.

DISSERTATIO
CANONICO-CIVILIS
DE JURE UNIVERSITATUM STUDII GENERALIS,

Ex c. De multa, & gl. ibid. v. Literas. de Præbend. c. Ex Literis de Constit. c. Eam te. de Rescript. c. Super specula, de Magistr. & ne aliquid. c. Quod omnes, 29. de R. J. in 6. jun. l. Grammaticos; C. de Professoribus qui in Urbe Constantinopol. docent. l. Meruerunt comitivam. lib. 12. nec non ex Jure Regni Poloniæ *apud Herbur. tit.* Schola Regni. *apud Zalaszov. tit.* Academia.

DEPROMPTA.
Sub Regia Protectione
SERENISSIMI & POTENTISSIMI
STANISLAI AUGUSTI

DEI Gratiâ Poloniarum REGIS, Magni DUCIS Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kijoviæ, Vołchyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Smolensciæ, Livoniæ, Severiæ, Czerniechoviæqué &c. &c.
DOMINI, DOMINI CLEMENTISSIMI.

Pro loco in Collegio CC. DD. Jure-Consultorum Studii Generalis Universitatis Cracoviensis obtinendo,

Per

M. FRANCISCUM ANTONIUM CWIERZOWICZ,
AA. LL. & Philosophiæ Doctorem, Utriusq; Juris Professorem, Collegam Juridicum Vocatum, Contubernii Jurisperitorum Seniorem, Ecclesiæ Parochialis in Mogilány Curatum, Publicum Authoritate Apostolica Notarium, S. R. M. Secretarium,

In Lectorio ejusdem Collegii Juridici
ad publicè disputandum

PROPOSITA.

Anno quô propositum exstat nobis Generale;
stVDIVM In sChoLa ChrIstI. 1764tô.
Mense Novembri.

CRACOVIÆ Typis Seminarii Episcopalis Academico-Diœcesani.

DEUM timete, Regem honorificate.

1mâ Petr. 2. ℣. 17.

Obſecro igitur primùm omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones, - - Pro Regibus, & omnibus qui in ſublimitate ſunt.

1mâ ad Timot. 2. ℣. 1. & 2.

Hoc erit Jus Regis.

1. R. 8. ℣. 11.

VIVAT REX.

1. R. 10. ℣. 24. & 4ti. 11. ℣. 12. Par. 23. ℣. 11.

Reges honorificentiſſimis exornantur in Scriptura titulis, vocanturq́; - - Facti (*a*) juxta cor DEI. Chriſti ſeu (*b*) Uncti Domini, Flii Altiſſimi. (*c*) Angeli (*d*) DEI, Lucernæ (*e*) Isràëlis. Servi (*f*) DEI, In (*g*) Solio DEI ſedentes. (*h*) Dii. Nutritii Eccleſiæ. (*i*)

(*a*) 1. *Reg.* 13. ℣, 14. (*b*) 1. *Reg.* 24. ℣. 11, (*c*) 2. *Reg.* 7. ℣. 14. (*d*) 2. *Reg.* 14. ℣. 20. (*e*) 2. *Reg.* 21. ℣. 17. (*f*) 2. *Par.* 6. ℣. 15. (*g*) 2. *Par.* 9. ℣. 8. (*h*) *Pſal.* 81. ℣. 9 & *Exod.* 22. ℣. 8. (*i*) *Iſaiæ* 49. ℣. 23

REX SERENISSIME.

LEx Universitatum (*a*) Studii Generalis; & specialis Academiæ Cracoviensis est, ut nemini ad Gradum Doctoratûs vel Collegium Professorum pateat aditus, nisi per publicam ad hoc seriò expeditam Disputationem. Legi obsequutus Quæstionem de Jure Universitatum proponens; Regium Serenissimæ Majestatis Vestræ Nomen quasi cœlô demissum ancile, clypeum fortium & maximum Protectionis signum, opellæ huic satìs ex se exiguæ profundissimo cum homagio deposcere in votis habui.

)a(Nam

(a) *Synodus Constantien. §. item ut de cætero. de Collat. in Sanction. Pragm. & Diplomatibus Imperat. Erectionem Academiarum in se continentibus.*

Nam ſi Jus & Juſtitia pari paſſû ambulant, Te Magne PRINCEPS, Supremum utriusq; Arbitrum, Unctum Domini, Ipſoq; nonniſi DEO minorem Judicem, circa prima Regni auſpicia etiam Diſſertatio hæc Regali advoluta Throno demiſiſſimè ut veneretur oportet. Præſertim quòd magna & Regia virtus eſt Juſtitia, quam Tuus o! REX adhuc antequam Regalis eſſet; cùm tamen in cordibus omnium regnares, per Faſces & Purpuras Magnorum Aborigenum Tuorum à priſcis ſœculis in Polonia ductus Honor, (*b*) jam antè alias dilexit. Illa Te in benedictionibus dulcedinis ſuæ prævenit, (*c*) & ad Thronum Gloriæ Regalis evexit, ut per Te Polonis jura daret, judicia decerneret, expleretq; illud quo olim Reges & Principes ſunt fine creati: *Dicere jus populis, injuſtaq; tollere facta.* ut regnares per juſtitiam Princeps, & per Te Principem juſtitia. Procede igitur feliciter potentiſſimam juſtitiam colere, per illam firmabitur Solium Tuum, (*d*) non enim potens eſt niſi juſtitia. (*e*) Ille ſiquidem nuperrimè concordibûs omnium

um

(b) *Honor Regis judicium diligit. Pſal. 98. ℣. 4.* (c) *Pſal. 20. ℣. 4.* (d) *Prov. 16. ℣. 12.* (e) *S. Auguſt. in expoſit. Pſal. 61. vana eſt (inquit) iniquitas, nihil eſt iniquitas, potens non eſt niſi juſtitia. Occultari poteſt ad tempus veritas, vinci non poteſt, florere poteſt ad tempus iniquitas, permanere non poteſt.*

um Ordinum Regni votis, velut uno labio delectus es in Principem, Qui generosè quidquid noxium est, evellas, quidquid ad salutem Patriæ referatur, (f) magnificè ædifices & plantes. Academiam Cracoviensem; ejus Jura, Privilegia, Ornamenta & Prærogativas, à Prædecessoribus Tuis Divis Poloniarum Regibus continua post JAGELLONEM serie gratiosè concessa, præpotenti Regia Protectione fove & conserva. Hæc pro perpetuò obstricta suis Regnatoribus Sarmatiæ gratitudine, ad Beati *JOANNIS CANTII* Aras diuturna eaq; felicissima Regni gubernacula Serenissimæ *MAJESTATI* Vestræ precabitur semper; præsentem voti publici summam ex Studio Juridico Regalibus plantis adsternit devotè.

Author Operis.

(f) *Jerem.* 1. ℣. 10.

PEr Literarum (*puta Generale*) Studium; ignorantiæ tenebroſa caligo à fidelium mentibus evellitur, & in illis cognitio veritatis et intelligentiæ ſplendor inſeritur, juſtitia colitur et fœdus humani generis conſervatur, virtutes exaltantur et vitia deprimuntur, homines quoq; ad dignitatum faſtigia evehuntur. Dignum imò debitum reputamus, ut ea quæ pro Studii hujusmodi manutentione et incremento ac virorum doctorum qui lectionum laboribûs et vigiliis pro aliorum inſtructione inſudant, &c. *LEO X. Pontifex Maximus, in Bulla Annô Domini MDXIII. Univerſitati Cracovienſi conceſſa.*

QUÆSTIO JURIDICA,

De Jure Universitatum Studii Generalis.

U. Publicæ Studii Generalis Universitates, à Supremo Regum aut Reipublicæ Magistratu erectæ & protectæ, Authoritate Sanctæ Sedis Apostolicæ approbatæ et confirmatæ, ob specialia Privilegia et Prærogativas, quibûs de Jure vel consvetudine gaudent, à quibusvis Scholis, Gymnasiis et Collegiis omnino sint distinctæ; nec ne?

CONCLUSIO I.

PUblicæ Studii Generalis Universitates à Supremo Regum aut Reipublicæ Magistratu eriguntur & proteguntur. (*a*)

COROLLARIUM I.

UNiversitas Studii Generalis *pro materiali* spectata est locus Artium Liberalium universim omnium, à Monarchis Regibus, Principibus & Dominis utriusq; Spiritualis scilicet & sæcularis vel alterutrius Statûs erectus, & sufficienter dotatus. *Pro formali* verò considerata, nihil aliud

A est,

(*a*) *l. 3. ff. ad L. Jul. Majest. c. un. Quæ sint Regalia.* Imperator *per tex. in Constit. Frid: Imper:* §. *Volumus, ibi:* Ea quæ specialiter ad Nostram excellentiam spectant. Vultejus *imô Feud. cap. 6. num. 7.* Bocerus de Regal: *cap: 1. num: 2. 16. item. cap. 2. num: 4. ubi dividit Regalia in Regalia Majestatis & Regalia Fisci.* Matt: Steph. *de Jurisd. lib: 2. cap. 1. mem: 2. n. 63.* Panorm: *in vita* Alphonsi *Arragoniæ Regis, lib: 1. cap. 39.* Bessoldus *lib. 1. Pol: cap. 4. th. 55.*

eſt, (b) quàm ipſimet Doctores, Magiſtri, Licentiati, Baccalaurei, tum omnes alii conſtituentes eandem collectivè ſumpti. ſive eſt Cœtus docentium & diſcentium Artes & ſcientias Liberales; certò jubendi & parendi ordine inter ſe devinctorum. Vel deniq; attentô eó quod cardinale eſt, & in quo ſtat differentia formalis Univerſitatis Studii Generalis, de qua infra, placet multis definitio hujusmodi: Scholæ & Univerſitates ſunt Collegia publica pro plena & abſoluta Juventutis in omnibus artibus & ſcientiis ac Facultatibus informatione, *& cum poteſtate bene merentibus Gradus & dignitates eruditionis causâ ſuiq; competentes conferendi:* à Superiori aliquo inſtituta, & à Majeſtatis Jura habente certis Privilegiis, Prærogativîs, Immunitatibus & Jurisdictione ornata. (c) Atq; ſic nempe *pro formali* Univerſitas ſecundùm *fictionem Juris* unam Perſonam eamq; diſtinctam à ſingulis ſe conſtituentibus repræſentat, prout liquidò patet, quia mortuis omnibûs de Univerſitate & aliîs ſubrogatis eadem ſemper manet Univerſitas, (d) Hinc Actor ab Univerſitate ad agendum conſtitutus non dicitur Actor ſingulorum ſed Univerſitatis, nec pro ſingulis intervenit ſed pro Univerſitate. (e) Non ſecus ac Clericus jurans Epiſcopo & Capitulo non eſt ſingulis Canonicis ſubditus, ſed omnibus & ùt univerſis, ſive tanquam Capitulo. (f) Inſuper: Lis Univerſitatis non dicitur ſingulorum, nec è contra: Compromiſſum Univerſitatis non eſt Compromiſſum ſingillatim Perſonarum, nec è contra: Univerſitati debitum non debetur ſingulis ex Univerſitate. (g) Sic etiam videmus Univerſitatem non perimi quamvis omnes de Univerſitate ſenſim perimantur, nam quod univerſale eſt non videtur poſſe morte perire, ſicut homo apud Logicos æternum Univerſale non moritur. Poſſunt tamen ſinguli de Univerſitate Studii Generalis in ipſiusmet ſuæ Univerſitatis commodum reprobare Inſtrumentum, quodcunq; ſub nomine Univerſitatis falsò (h) confectum. Non poteſt verò unus è gremio Univerſitatis præjudicare Bono Communi ejusdem Univerſitatis. (i) etiamſi eſſet Perſona diſtinctiſſima vel quomodocunq; qualificata.

COROLLARIUM II.

Erigere Publicas Studii Generalis Univerſitates eſt Juris Publici atq; adeò Majeſtatici, illudq; duntaxat Supremo Magiſtratui & Reipublicæ merum dominium (intelligendo de Regno abſolutè Monarchico) cum jurisdictione habenti, utpote Summo Pontifici Romano, Cæſari, Regibus, Principibus, Magnatibus & Proceribus tam Eccleſiaſticis quàm Politicis competens. *Efficiens* itaq; *Cauſa* Univerſitatis Studii Generalis eſt hodie Summus Magiſtratus, quamvis enim etiam ſubordinatus vel medius Magiſtratus Univerſitatem inſtituere eamq; Profeſſoribus & reditibûs ornare poteſt, attamen: quia absq; Confirmatione & Approbatione Summi Pontificis (de qua mox in Concluſione ſequenti) effectû Poteſtate & Authoritate competente talis Univerſitas deſtituitur, neq; nomen veræ, legitimæ ac genuinæ Univerſitatis: eâ carendo; meretur, Jus erigendi eas rectè Summo nonniſi Magiſtratui defertur. Sede autem vacante Imperii, Vicarii

Summi

(b) *Ex l. in 4. ita ſcriptum reliquit. gl. in l. ſicut §. 1. in v. non debetur in fin. ff. quod cujusq; Univ. nom.* Bart: *in l. aut faciunt nonnunquam. n. 3. ff. de pœnis.* Boer. *in tract. de ſedit. Cap: ult: n. 4. & 22.* (c) Rudolphus Godofredus Knichen. (d) *l. proponebatur. ff. de judic. l. 7. §. ult: ff. quod cujusq; Univ: nom.* (e) *l. 2. ff. quod cujusq: Univ: nom:* (f) *jux: tex: in c.* Cùm Cler. *de V. S. c.* cùm Cler. *19. de V. S.* (g) Roland à Valle. Conſid *53. num. 9. 10. & 11, vol. 4.* (h) *c. de Probat.* (i) *Utile non vitiatur per inutile. c. 37. de R. I. in 6to.*

Summi Magistratûs tempore vacantiæ an idem de erigendis Universitatibus Studii Generalis præstare possunt? controvertunt Authores, videtur tamen quòd possunt, toties quoties illis in dato Vicariatûs Privilegio expresse concessum ab Imperatore vel Principe & non prohibitum sit. Vicarii enim ordinariè omnia possũt quæ ipse Imperator, (k) & præter ea quæ illis in Aurea Bulla adempta sunt. (l) Aliud tamen & multò diversum quid est, pro moderno Statu Juris Regni Poloniæ hac in mate-,, ria differere. Quamvis enim erectio Scholarum Publicarum & Acade-,, miarum multò magis Universitatum Studii Generalis de Jure communi,, numeretur inter Jura merè Majestatica, sitq; unum de Regalibus, ùt jam,, paulò superiùs hìc dictum, attamen ejusmodi Jus in Regno Poloniæ ,, jam olim diffussum est & transiit cumulativè ad omnes Ordines Regni, ,, videlicet: Regium, Senatorium & Equestrem, idq; nonnisi ad Comitia ,, Generalia iisdem Ordinibûs congregatis in re talis momenti aliquid,, statuere competit, prout expresse obloquntur Constitutiones Regni. (m) ,, & ex eo: quòd sicut Constitutiones Legum (n) ita Academiarum multò ,, magis Universitatum Studii Generalis Jus erigendarum, spectat ad Sere-,, nissimos Reges cumulativè cum Statibus Reipublicæ: prout id evincunt respectivè quò ad Universitates; Cracoviensem & Zamoscensem varia Munimenta typis vulgata, & præcipuè Protestationes Manifestationes, Jllustrissimorum hujus Regni Capitulorum Cathedralium, nec non Provinciarum Poloniæ & Magni Ducatûs, Terrarum, Districtuum, Ducatuum Immunitates & Palatinatum quibûs prædictarum Legalium Jura, Privilegia, Universitatum & Ornamenta validissimè hucusq; defenduntur & illæsa perpetuò debere esse decernuntur.

COROLLARIUM III.

PErsonæ Corpus Universitatis Studii Generalis componentes aliæ sunt Principales, aliæ minùs principales, aliæ accessoriæ sive adjectitiæ vel ministræ. Principales eã constituunt. Rector, Cancellarius, Conservatores Privilegiorum & Professores in specie. Rector est Caput Universitatis. Ejus Officium in hoc versatur. I. *Ut Matriculam* penes se habeat & in eam novos Studiosos referat, ac illos prævia juramenti; aut ubi mos est stipulationis præstatione recipiat. II. De Causis, negotiis, delictis & criminibus pro qualitate & modo Jurisdictionis sibi competentis cognoscat & judicet, vel solus; vel si gravitas rei id exigat consilio & Consistoriô simul adhibito. III. Præ aliis omnibus Professoribus singulari honore & dignitate gau-

 deat,

(k) *Potest quis per alium quod. &c.* R. I. 68. (l) *argu. tit.* 15. *l. 1. C. de Offic. Vicar. l. 2. C. de off. ejus vicem alicujus Iudi. vel Præs. obt.* Krantius *lib. 9.* Saxon. *cap. 29.* (m) *Const. Anni* 1633. *apud Herburtum fol. 26. tit. Academia Cracoviensis, ibi-- Siquidem Jus Patronatûs Academiæ Cracoviensis ad totam merè Rempublicam pertinet, --- & paulò infra: Ideo Nos &c. ad Sanctissimum* Dominum *Nostrum intercedemus ut ad decisionem Nostram & Reipublicæ hanc Causam remittere dignetur, ubi & Jus Patronatûs Reipublicæ & Jura Academiæ in toto conservare appromittimus.* (n) *Modus scribendi antiquus. de Prælatorum Baronumq; Nostrorum consilio & assensu. item.* Władysław *ex* g. IV. Krol Polski wszem wobec y każdemu z osobna, Prawa y ustawy wszystkie niżey opisane zá zgodą wszech Stanow obudwu Narodow postanowiamy y uchwalamy. *qui stylus* Curiæ *Regalis, ad nostræ memoriæ tempora hucusq; servatur non interruptim. Olim ex Lege* XII. Tab. *Privilegia Universalia aliter non concedebantur, nisi centuriatis Comitiîs & à populo, idq; propter Reip. salutem.* Joh. Gisenius *in Acad. Rintelensi Decanus, tit.* Vita Academica. (o) *has legere est insertas Opusc. sub tit.* Propugn. jurium. *&c. A. D.* 1759. Crac. *edito.*

deat, unde etiam Toga purpurea imò & mithra in plerisq; Universitatibus in signum præeminentiæ ipsi concessa est. & quidem mox post tempora *PAULI* II. Pontificis Romani, qui Cardinalibus colorem illum aliàs solis Regibus & Imperatoribus consvetum; indulsit, neq; obstat quò minùs ab Imperatoribus & Regibus ipsis hoc Privilegium Rectoribus Universitatum Studii Generalis competere deducatur, cùm enim illi Academiarum sint Fundatores; dubium non est, ab iisdem in signum singularis affectûs, honoris, præeminentiæ & dignitatis concessæ; hoc amictû utendi, colorem augustalem, illis etiam communicatum fuisse. (p) IV. Sigilla Universitatis apud se custodiat, eaq; Diplomatibus & aliis Scriptis Publicis appendi aut imprimi curet. V. Librum Legum, Statutorum, Privilegiorum & Conclusionum Universitatis. VI. Sceptra Academica tanquam Jurisdictionis Insignia. VII. Claves Consistorii Academici, Archivi, Bibliothecæ & carcerum, in signum quoq; competentis Jurisdictionis apud se habeat. VIII. Tandem Bedellis tanquam Ministris publicis pro apparitoribus, Fiscalibus & Præcursoribus in Actibus publicis & Jurisdictionalibus utatur. Tanta etiam est Authoritas Rectoris, ut illum qui Rectorem Universitatis Studii Generalis injuriâ afficere præsumeret, pœnâ capitis puniendum esse, (q) multiplici; uno *Papiæ* in Ricium; altero *Pisis* in Crassum statutô exemplo demonstrent Authores, quæ tamen regula nominatim de atrocibus injuriis à Civibus, Suppositis nimirum suis Academiæ Rectoris, in eundem temerariè commissis; venit intelligenda. *Cancellarius* Academiæ, est Persona Publica ad facultatem conferendorum merentibus Graduum Decanis concedendam & Academica Jura defendenda in qualibet Academia de Jure vel praxi constituta. (r) Cancellarius in locum sui regulariter solet substituere Procancellarios, ex Corpore ejusdem Universitatis. In quibusdam Academiis Officium hoc certæ Dignitati & ordinariè Episcopali solet esse annexum. Sic enim in Patavina Episcopus Loci, Cancellarius est, (s) Pragensi Archiepiscopus ibi. Erphordiensi Archiepiscopus & Elector Moguntinus. Basiliensi & Monasteriensi illorum locorum Episcopi. (t) tanquam Ordinarius Loci ex Pontificia; in Regno Poloniæ Cracoviensi Zamolcensi ex Sanctæ Sedis & Ordinum Regni Ordinatione Loci Ordinarii, Cancellarii, ac perpetui Jurium dictarum Universitatum sunt Protectores. Wittembergæ tamen & Jenæ Decanus Facultatis cujusq; in Actibus Promotionis Procancellarii gaudet Officiô & ab illo Licentiam promovendi Promotor petere consvevit. (u)

COROLLARIUM IV.

QUia verò ut militiæ nervus in bono & dextro milite fundatur, sic honor Universitatis & gloria Professoribûs doctis qui spartham ex æquò ornent & Studium Generale pro viribus promoveant maximè nititur, ideoq; placuit huc afferre, Professores Studii Generalis quibûs maximè præditi esse debeant, & in quo potissimùm spectatur adæquata eorum profitendi ratio. & videtur sita esse *1mò. In eruditione exquisita.* Indecorum enim est ut, alios doceat, qui ipse docendus est. (w) *2dò. In dexteritate & perspicui-*

tate

(p) Issaacus Wacke *in Rege Platonico, pag. 90.* (q) Menoch. *tr. de Arbitr. Judic. lib. 2. Cau. 263. n. 15.* Cothm. *Resp. Academ. 50. n. 90.* (r) Lansius *de Academ. pag. 58. & Constitutio Electoris Augusti, de suis Academiis.* (s) Riccobonus *de Gymn. Patavin. lib. 1. cap. 17.* (t) Mallinkr *de Archicanc: Imper. l. 2. cap. 6.* (u) Math. Steph. *lib. 2. de Jur. par. 1. mem. 2. n. 68. Universitates primitùs Cathedris Episcopatuum sunt incorporatæ.* Sennert. *in Athenis Wittembergen. cap. 4. &* Richter. *addita Auth. Habita. part. 3. membr. 2. Privileg. 6. pag. 116.* (w) *Nov. 123. cap. 1. §. 2.*

tate docendi, diligentia ac facundia, quia nullus est latentis, occultæ, obscuræ, ac aliis rite non applicatæ eruditionis fructus. (x) Pertinet verò ad dexteritatem ut ad ingenium discentium se accommodet Professor, (y) nec ea tradat quæ Auditores non intelligunt, aut non expedit. (z) *3tiò. Morum probitate.* (a) quia in informatione scientiarum, artium, virtutum & similium, plus valent informantium pia & proba vitæ exempla quàm præcepta ipsa. Neq; verò solùm vitæ probitas, sed etiam exterior cultus sive morum elegantia in Professore requiritur. ut scilicet civilitate præditi sint, illâq; Studiosos simul imbuant. (b) *4tò. Gravitate* decora modestiâ mixta. Impossibile enim est ut ille Professor qui nimis vulgarem se Studiosis exhibet auctoritate atq; debito respectu polleat, quia juxta proverbium familiaritas nimia contemptum parit, & ex conversatione æquali contemptio dignitatis nascitur. (c) Prout & vice versa ineptitudine non caret, fastu, austerirate & rigore favorem sibi velle acquirere, imprimis: cùm Musæ decentibus blanditiis & amicabili tractatione gaudeant, ac in genere talia magis amittendæ quàm acquirendæ vel conservandæ authoritatis media sint. Plura requisita videre est passim apud Anthores. (d) Et quia adeò multa requiruntur à Professore, Universitates verò ipsæ optimè de eruditione unius atq; alterius certam notitiam habere & concipere possunt, usû receptum est multis in locis, ut tota Universitas Professores quosdam tempore vacantiæ Patrono cum elogiis nominet, quò ille optimum & dignissimum ad emerita præmia & competentem dignitatem eligere possit. (e) Quod attinet ad Salaria quæ concernunt Professores, hæc illis largô & sufficienti debent constitui modô, quò absq; tractatione aliorum ad vitæ sustentationem conducentium negotiorum; eo majori diligentia Professionibus suis solùm vacare queant, honesta enim & sufficientia stipendia solertiam & studium acuunt, & sicut eò solet impendi labor unde emolumentum & honos speratur, sic (f) è contra: sublatis Studiorum pretiis & ipsa etiam Studia pereunt. (g) Apprime id expendit Symmachus scribens: (h) *Specimen esse florentis Reipublicæ ut disciplinarum Professoribus opulenta præmia pendantur.* Justinianus Imperator in Sanctione Pragmatica quæ utiq; jam post Novellas Corpori * Juris adjecta est, ita correxit: ut jusserit annonas Grammaticis ac Oratoribus vel etiam Medicis vel Jurisperitis anteà dari solitas, in posterum semper talem Professionem exercentibus erogari. *Plerumq; verò premit tenuis sors hodiernos Professores, in antiquioribus præsertim Academiis, ideo: quia tempore fundationum omnia venalia ultra fidem, vilis pretii & salaria respectû ad illorum valorem habito constituta fuere.* Id quod probè jam suo tempore animadvertit *Menoch.* (i) *Nec juri nec æquitati consentaneum est, ut nostra hâc parum felici ætatem idem salarium pendatur Professoribus quod datum iis fuit sæculô præterito, cùm olim annona fuerit vilior, domus multò minori conducta pretiô, servorum mercedes & salaria viliora, vestiumq; impensa tenuior.* quod idem etiam urget *Decianus* (k) *Qui si hodie viverent ubi rerum pretium & luxus multis parasagnês illa tempora superat, proh Deum! quantas querimonias funderent.* Cæterùm: paupertatem *bonæ mentis sororem esse: ex Petronio* constat. Huc referri

B non

(x) *arg. l. de ætate* §. *nihil. ff. deinterrog. Act. Can. multi.* 12. *dist.* 40. (y) c. Oportet 12. *cau.* 8. *q.* 1. (z) Alex. Raudens, *de Analog. l.* 1. *cap.* 4. *n.* 19. & *sequ.* (a) d. *l.* 7. C. *de Profess. & Medic.* & *d. l. unica.* (b) *Limn: lib.* 8. *c.* 3. *num.* 4. (c) *l.* 19. *in pr. ff. de Offic. Præs.* (d) Lans. *de Academ. p.* 8va & *sequ.* (e) *l. Magistros* 7. *C. de Profess. & Medic. l. Nemini. C. de Advocat. divers. judic. & Ordinat. Eccles. Elect. Saxon. Rubr. tit. Professorum.* (f) Livius *lib.* 4. *cap.* 35. (g) Tacit. *Annal. cap.* 7. (h) Symmachus *lib.* 1. *Epist.* 79. * *c.* 22. (i) *in tr. de arbitr. judic. quæ* 7. *lib.* 2. *cas.* 514. *n.* 10. (k) *Vol.* 1. *resp.* 14. *n.* 52.

non incongruè videtur. non insalubre quorundam Magnorum Virorum consilium, eò tendens; *ut sicuti militibus sagatis ita & Professoribus seu militibus togatis certi laborum & Professoralis muneris obeundi ac vacationum anni:* & quidem 25. ponantur. qnibûs præterlapsis à Professione actuali immunes sint, nihilô minus tamen salariis & honoribûs suis fruantur. Quid de iis dicamus? qui quantumvis jam decrepita & provecta ætate: non priùs manum de tabula movent; quàm corpus ad urnam fata deponant. ✠

COROLLARIUM V.

COncilium sive Convocatio Universitatis Studii Generalis debet convocari Authoritate sui (l) Rectoris, quotiescunq; aliquid de necessitate congregatis incumbit faciendum, alias hujusmodi Congregatio & Convocatio non valet, & omnes Actus in ea facti ipso Jure sunt nulli, nisi forsitan de ipsiusmet Rectoris interesse tractandum occurrat. In casu autem quô Universitas non habet Rectorem, ille qui est antiquior sive Senior, seu Decanus in Universitate; potest convocare ipsam Universitatem (m) seu Convocationem componere, & Consiliarii, Decani Facultatum tenentur ire ad Convocationem, sed si non iverint non possunt mulctari per eum, & ipsis tametsi non euntibûs, potest eis (n) non expectatis procedi ad negotiorum expeditionem, & ad alios Actus necessarios peragendos, & sic absente Rectore tanquam Capite seu Superiore Universitatis, Jus convocandi eam Seniori vel Decano antiquiori competit. Porro: ad hoc ut Convocatio Universitatis Studii Generalis dicatur legitimè celebrata, sive ut Universitas sit legitimè convocata, requiritur ut congregetur (o) *in loco publico*, Dicta tamen non procedunt si propter aliquod legale & publicum impedimentum (*puta*) belli, pestis, vel hujusmodi alterius impedimenti non posset convocari Universitas ad locum consvetum, sic Universitas Cracoviensis ob grassantem protunc gravem pestilentiam reclinavit aliquando *Neocorcini*, in Palatinatu Sandomiriensi penes suam Coloniam, aliquando in vicinia sua *Bronowice* prope Cracoviam, (p) nihilô tamen minùs Concilia sua quæ videbantur magis urgentia & Convocationes extraordinariè in tali loco quamvis extraneo instituebat. *Item* etiam ad validitatem Convocationis seu Concilii Universitatis Studii Generalis requiritur; ut ad minimùm (q) duæ partes ex tribus sint præsentes, *refertur enim ad universos, quod publicè fit per*

majorem

✠ Simon Stan. Mákowski *in Univ. Crac. S. T. Doctor, Can. Cath. Crac. jam seniô fractus cùm aliquando in ascensu Cathedræ ad prælectionem publicam graviter labasceret, succurrentibus sibi Discipulis non nihil indignatus, dicendo:* qùod rem gloriossimam prohiberent, Doctorem in Cathedra mori. Bieżánovius *in fata tit.* Columen Academicum. *1683tio Aô. Professores Acad. Crac. seniô à legendo publicè non liberantur.*

(l) *l. 2. cum gl. de decr. ab Ord. facien. textus est elegantissimus. in l. 2.* C. de Decurionibus. *lib. 10.* Bart. *in l. 2. n. 12. & seq.* C. de Decur. *lib.* 10. *& l. Actor.* Colum. 2. *ff. rem ratam haberi & in l. Omnes populi. n. 16. ff. de Just. & jur.* Roland. *Consi. 90. n. 3. vol. 1.* (m) Bart. *in l. Jul. n. 4. ff. de Albo scribendo.* Angelus *in d. l. 2.* C. de *Decurionibus lib. 10.* (n) Marcus *Decis. 805. per tot. Vol. 1.* (o) *ult. ver. in locum Curiæ convenire.* C. *de legation. lib. 10.* Bart. *in l. 5. num. 1. & ult.* C. *eod. tit. & ibi* Ang. *n. 1. in fine. idem* Bart. *in l. Omnes populi. n. 16. ff. de just. & jur. tex. est de hoc in terminis. in l. 2.* C. *de Decur. lib.* 10. Tesaur. *Decis.* 257. *n.* 3. Roland. à Valle, *Consi. 90. n. 3. vol.* 1. Bart. *in l. 2. n. 5.* C. *de* Decurio. *lib.* 10. *& ibi* Angelus *n. 7.* Bald. *in l. 3. n. 2. ff. Quod quisq; Juris.* (p) *Sic legere est ex literis* Basilii Golinii *Universitatis Cracoviensis* Rectoris, *ad Conventum Nobilitatis sive Comitia Districtûs Sochaczoviensis ad Mareschalcum totamq; Nobilitatem dicti Conventûs*, de Dat. A. D. 1622. *die 26ta Novembris,* earum sub finem: Oddáię się przytym y z Akádemią w łáskę WMciPanow nászych Mciwych Panow. Datum z Bronowic pod tę rozsypkę Krákową dla powietrza. (q) Cagnolus. *l. aliud §. refertur. n. 2. cum plurib. sequ. ff. de R. I.*

majorem partem, ideo autem hoc lex fingit, quia non possunt facilè omnia Supposita Universitatis Doctores & Magistri Facultatum omnium omnes simul convenire & consentire. (r) Quare ibi dicitur esse tota Universitas Studii Generalis, ubi & quando duæ potiores Partes vel plures ex Corpore ejusdem reperiuntur, (s) nam *quod facit major & sanior pars Universitatis*, *pro eo habetur, ac si omnes egerint*, unde Canonicè fit, & reputatur ùt tale omne illud; ac pro rato habetur, quod major pars facit, & præsumptio est pro pluribus, (t) excipe Bursalia vel aliunde illicita in quibus etiam unius oppositio valet, (u) major verò pars Universitatis Studii Generalis sunt duæ ex tribus, aut tres exempli gratiâ ex quatuor ejus Facultatibus.

CONCLUSIO II.

PUblicæ Studii Generalis Universitates à Sancta Sede Apostolica legitimam Approbationem & Confirmationem obtinere (*a*) debent.

COROLLARIUM I.

ACademiæ Catholicæ sive Studii Generalis Universitates, Approbatione Summi Pontificis legitima, idest non *sub*; neq; *obreptitiè* obtenta destitutæ, pro legitimis & plenarium Jus Studii Generalis habentibus non sunt reputandæ. Idem venit dicendum de iis in quarum Approbatione apponitur clausula: - - *sine tamen præjudicio alterius* - - quia controversæ fiunt, nec tunc clandestinè aut violenter aut viâ facti aperiri debent. Itaq; ea nonnisi vera & formalis Studii Generalis Universitas est, quæ inter universim omnes; Sacræ Theologiæ seu Verbi Divini, ac Sacrorum Canonum Jurisq; Imperialis, utpote Superiorum Facultatum, prima fronte Scientias publicè profitendo; à Summis Pontificibus Romanis Sanctaq; Sede Apostolica (b) est confirmata, *præterea quàm* qùod ab Imperatoribus & Principibus suis, certis Privilegiis donata, ne ad seminanda potiùs vitia quàm propagandas virtutes, ad labefactandam Ecclesiam qùam conservandam & ampliandam Religionem, quacunq; Authoritate privata instituantur. Quare pleriq; immò communiter DD. Doctorem creare (quod hodiè ipsis & solis legitimè approbatis Universitatibus de Jure competere breviter superiùs dictum, & infra fusiùs dicetur) Pontificis esse affirmant. Insuper Professores eligendos & Scholis præficiendos non aliter quàm Authoritate publica prævia interpositione Decreti docent Authores. (c) Divus

(r) *l. 1. ff. de libert. Univer. l. 1. §. ult. ff. de acquir. possess. l. metum §. anim adverten §. quod metûs causâ. l. 2. & ibi not.* C. *de Decur. lib. 10.* Bart. *in repet. l. omnes populi. n. 16. ff. de just. & jur. gl. in d. l. 3.* (s) Afflict. *decis. 1. n. 4. & sequ.* (t) Alex: *in l. 7. §. ult. num.* 12. *ff. de Pactis & Consi. 68. n. 8. 9. vol.* 2. Angelus *in l. 46. n.* 1. C. *de Decur: lib:* 10. (u) cc. *DD.*

(a) c. *fin. extr. de Relig. Domib. Can. Duo sunt. dist. 96.* L. *Omnia. de Episc. & Cler.* Math. Steph. *lib. 3. de Jurisd. par. 3. cap. 3. num. 68. & par. 2. lib. 3. cap. 1. n. 20.* Academiæ erectæ & apertæ, non aliter nisi Authoritate Pontificis approbatæ; ab ipso Imperatore erectæ & Imperiales, pro talibus habeantur. (b) *in l. Deo Authore.* C. *de veter. Jur. enucl.* (c) Azo. Lucerna Juris. C. *de Professor.*

vus etiam Augustus quò major Universitatibus apud posteros Authoritas haberetur decrevit: (d) ut nemo de Jure responderet, nisi Principis Authoritas accederet, similiter Sophocles Atheniensibus legem tulit, ut neq; Scholæ erigerentur, neq; Philosophorum quisquam Gymnasio præesset, (e) nisi id supremus Magistratus decrevisset.

COROLLARIUM II.

CAtholicæ Studii Generalis Universitates sunt Communitates Ecclesiasticæ, maxima ex parte Religionis conservationem, explicationem & Professionem concernentes. hinc cùm aliunde tum maximè ex Universitatibus Doctores ad Concilia mitti solent. Cùm verò ejusmodi absq; Authoritate Papali constitui non possunt, neq; etiam sine Studiis; Theologico & Sacrorum Canonum, Universitates dici eas quis asseret, ad plenum Universitatum Jus, Ejus; nempe Summi Pontificis & Sanctæ Sedis legitima Approbatio atq; Confirmatio rectè colligitur omnino esse necessaria, (f) atq; ideo (ùt dictum superiùs) Episcopi in omnibus antiquis & novis Catholicorum Universitatibus constituti sunt Cancellarii, ad Jurisdictionem Pontificis necnon atq; Sanctæ Sedis simulac demonstrandam; sartam tectamq; servandam.

COROLLARIUM III.

OMnes fere antiquæ illæ Universitates à Summis Pontificibus sunt erectæ vel ùt minùs confirmatæ, qnales sunt. Ferrariensis, Viennensis, Coloniensis, Heildebergensis, Senensis, Erphendiensis, Herbipolensis, Lipsiensis, Basiliensis, Ingolstadiensis, Rostochiensis, Tubingensis, Witembergensis, Francofurtensis, &c. &c. in Polonia Cracoviensis ab *Urbano V. Bonifacio IX.* & aliis (g) Zamoscensis à *Clemente VIII. Paulo. V.* & *Innocentio X.* (h) Reges enim & Principes Christiani sunt Defensores & Patroni Ecclesiarum per consequens Nutritii Scholarum, Academiarum, maximè verò Universitatum, adeoq; sine Papæ Authoritate & prævio consensu has pro libitu erigere ac summis ornare Privilegiis citra derogationem honoris & reverentiæ quam semper Summo Pontifici debent; non possunt. Sicuti etiam antiqui Imperatores Jus illud sibi nusquam attribuerunt. (i) & sic à sæcularibus Principibus duntaxat Privilegia concessa sunt Universitatibus; Bononiensi, Pragensi, Patavinæ & plerisq; Gallicis, Italicis, &c. sed semper Papæ Authoritati Approbatio & Confirmatio suo Jure sacrosanctè est relicta.

CORO.

(d) *l. 2. §.* D. August. *de Orig. Jur.* (e) Laërtius *lib.* 3. *Cap. 6.* (f) Knichen. *tit. de Academiis & earum connexis.* Valentinus Rothmar. *in Annal. Acad.* Ingolst. *par. 1. pag.* 35. Math. Steph. de Juris. lib. 3. par. 2. *cap.* 2. n. 5. (g) Piasecki in Chron. *ad An. 1361.* Cromer. *de rebus Pol. l. 12. f. m. 114.* Middend. *l. 6. p. 326.* Miechovita *& alii.* (h) Andr. Cellar. *in descript. Poloniæ & Lith. p. m.* 343. Buno ad Cluver. *l. 4. cap. 26. sect. 1.* Zeiller *in descript. Poloniæ p. 213.* Starovolscius *in Pol.* sub Russia rubra. *p. m. 47.* (i) *l. un.* C. *de stud. liberalib. Urb. Rom. lib. 11.* Giessenius *de Jure & regimine Academiarum. Disputat. 4. th. 19. & sequn.*

COROLLARIUM IV.

UNiverſitates Catholicæ ubi Theologiæ & Sacrorum Canonum viget imò prævalet Studium. & ubi Profeſſores Clerici & Studioſi ipſi Ordini Eccleſiaſtico ſunt adſcripti, (ùt quondam in Academia Pariſienſi obſervatum fuit) magis videntur habere Eccleſiaſtiea quàm Civilia Collegia. (k) Porro: ubi plures ſunt Clerici quàm laici, aut utriq; pares numerô; Univerſitas illa pro Corpore Eccleſiaſtico ſit habenda, (l) è contra verò ubi plures eam conſtituentes ſunt laici; pro ſæculari exiſtimanda. Prætereaq; juxta illud tritum apud omnes Canoniſtas: *majus dignum trahit poſt ſe minùs dignum.* ex ſupra dictis inferri poteſt, quòd res & Bona Academiarum induunt naturam & qualitatem rerum Sacrarum & Eccleſiaſticarum, iisdemq; gaudent Privilegiis quibûs res Sacræ fruuntur. Imò ſuo modô poteſt id extendi etiam ad Perſonas, unde Profeſſores Academici communiter appellantur Clerici, eorumq; Privilegiis (qua in materia infra) gaudent, atq; ad Eccleſiaſticum Ordinem ſpectant, cùm Eccleſiæ inſervire dicantur. Academiæ enim ſunt principia quædam & Seminaria Eccleſiæ & Reipublicæ, in quibus vita hominum informatur ad colendum DEUM; & parendum ſuis quovis tempore Magiſtratibus.

COROLLARIUM V.

SUmma ſeu finis ultimus Approbationis & Confirmationis Univerſitatum Studii Generalis eſt Gloria DEI, ac quàm major Religionis Orthodoxæ ex publicis diſciplinis dilatatio. Subordinatus verò eſt æqua imperantium & parentium felicitas, tum ſalus publica; nam *Theologia* animam curat, de qua ubi & de donis ſpiritualibus à DEO deſcendentibus ſatis prolixè Apoſtolus. (m) *Juriſprudentia* quam prudentiſſimus hominum Salomon (n) DEO adſcribit, utpote Zelantiſſima juſtitiæ Magiſtra Politicā ſocietatē defēdit. *Medicina* hominis ſanitatem conſervat. *Philoſophia* ſapientiæ & prudentiæ fundamenta inquirit, eſtq; *Donum* (o) *DEI; & contra miſerias hujus vitæ.* Porro ſignanter habet hìc locum illud Axioma Juris. *Intantùm valet Confirmatio, inquantùm Confirmatum bonum.* nam ſicut Privilegium *obreptitiè* obtentum nullius eſt roboris, (p) ſic & ejusmodi *Obreptitii* Confirmatio ſubſiſtere non poteſt, quin potiùs aſſimilietur ſententiæ ex falſo (q) juramento latæ.

CONCLUSIO III.

PUblicæ Studii Generalis Univerſitates ſpecialibûs Privilegiis & Prærogativis; tum de Jure tum de conſvetudine gaudent. (*a*)

C CORO-

(k) Limn. *in notitia Regni Franciæ, tom. 2. lib. 5. cap. 2. lit.* O. (l) Stranchius *in amœnitat. Jur. Can. ſemeſtr.* 1. Ecl. 2. *cap.* 12. c. *Quod.* 3. *de Conſecr.* Eccl. *l.* Medicos, C. de *Profeſſ. & Med.* Meth. Steph. *de Juriſd. lib.* 3. *par.* 2. *cap.* 12. (m) 1mâ *ad Corinth. per tot. cap.* 12. (n) *Prov. c.* 8. *v.* 14. *Meum eſt conſilium & æquitas, &c. Per me Reges, &c. & Legum &c.* (o) S. Aug. *de Civ. Dei lib.* 22. *c.* 22. (p) *l.* 2. & 4. C. *ſi ex falſo Inſtrum.* (q) *cap.* 5. *de Confirm. util. & inutil.*

(a) *l.* 6. *C.* de Profeſſ. & Medic. *lib.* 10. & *l. ult. §. fin. ff. de Muner. & honor: Auth.* Habita. C. *ut filius pro Patre. n.* 7. *l.* 5. *C. de Vectigal. juncta l.* 5. & 14. C. *de Advocat. divers. Judic. item ex l.* 6. C. *de* Profeſſ. *juncta l.* 6. C. *de Vectgal.* Richter. *p.* 4. *pag.* 185. Limn. *de Jure* Publico, *lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 67. Oidend. *de Jure ſingul, tit. de Privileg* Profeſſ. & Studios. Carolus. V. *in formula Reform. de Anno* 1549. *cap.* 6. §. *ad hæc* 4. *apud* Golſtad. Tom. 2. *fol.* 329. Faber *in* C. *lib.* 9. *tit.* 29. *def.* 26. *n.* 5. & *cc.* DD. Ex permiſſu Caroli *V.* Doctores habent jus geſtandi aureas catenas, ab Imperatore vocantur Amici, ſummoq; honore afficiuntur. *l.* 17. *in pr. de Jur. Patr. l.* 4. C. *de contrah. ſtipulat.*

COROLLARIUM I.

IPſis & ſolis publicis Studii Generalis Univerſitatibus iisq; à Sancta Sede Apoſtolica rite & legitimè approbatis, competit Jus creandi Doctores, alias promotus Privilegiis Doctorum gaudere non poteſt, præſumitur indoctus. imò dicitur (b) Magiſter ſeu Doctor Bullatus an fictus, (c) quibus Eccleſia non eget ſed tantùm Viris Literatis probè & ſolidè doctis, (d) tales enim Doctores præſumuntur non habere ſcientiam ſuo Gradui correſpondentem, quia non ſunt publicè examinati, (e) inſuper fallunt Eccleſiam atq; Rempublicam in magna re. Gradus enim ille datur ut Eccleſia idoneos habeat Doctores, qui hæreſibus reſiſtant, infideles convertant, in hoc autem paſſu tum Principes tum Epiſcopi credunt Academiis, à quibus ſine gravi ſcelere falli & eludi non poſſunt. Quinimò multa etiam Beneficia Eccleſiaſtica, Dignitates, ita de natura ſua ſunt inſtituta, ut ad illa non aliæ Perſonæ niſi ſolemniter poſt rigoroſum Examen in aliqua Publica Approbata eaq; Celebriori Studii Generalis Univerſitate ad Gradum Doctoratûs in Sacra Pagina vel Jure Canonico promoti, præſententur. Sic Lovanienſi Univerſitati (f) à Sede Apoſtolica indultum fuiſſe legitur, ut qui ibidem Superiorum Facultatum Studia ſectarentur, aut Profeſſorum munus fideliter obeuntes publicè prælegerent, primi denominari poſſent ad quæq; Eccleſiaſtica Beneficia obtinenda. quæ certam emolumenti taxam non excederent; quæ nimirum majoris eſſent importantiæ. Et hinc eſt, quòd quamvis in illo qui ad Dignitatem Eccleſiaſticam promovetur; ex Præſcripto Sacrorum Canonum natales, ætas, vita honeſta, (g) ſcientia competens, (h) morum integritas exterior cum interna mentis honeſtate conjuncta; (i) requirantur, ſpecialiter tamen Jure noviſſimo ſancitum eſt; (k) ut Epiſcopi, Archidiaconi, (l) Pœnitentiarii Majores,

Vicarii

(b) *Colligitur ex S. Concil. Trid. Seſs. 22. de Reform. Cap. 2. & Seſs. 24. itid. de Reform. cap. 8.* & *12. S. Congreg. in* Contronen. *9. Maji.* 1637. *in* Materan. *10. Decembr.* 1640. & Concil. *in una* Papien. *27. Julii* 1652. & *in una* Elnen. *17. Januar.* 1643. *item cenſuit Sacra Congr. Epporum & Regular. pro Elect. in Vicar. Capitul. 19. Auguſti,* 1667. Card de Luca, *in Annotat. ad S. Concil. Trid. diſcur. 31. n. 12, & lib. 15. p. 1. diſc. 4. n. 23. item. p, 2. diſc. 44. n. 4.* Pignatell. *Tom. 1. Conſult. Canonic. Conſul. 312. n. 1. & Tom. 8. Conſult. 34. n. 1.* Melch. Lotter *de Re Benefic. lib. 2. 9. 7. p. 126.* Felin. *in c. Per tuas. ſub n. 3. ver. limita imò. de Majorit. & Obed.* (c) Lotter *l. c. n. 127. idem* Lotter *l. cit. n* 128. & 45. Pignatell. *tom. 1. Conſul. 222. n. 1. qualiter Doctores vocantur.* (d) *idem* Lotter *loco cit. n. 46.* (e) Pignatell. *Conſult. tom. 1. d. Conſult. 222. n. 5.* Math. Coler. *p. 2. cap. 3. n. 13. de Præ. exec.* Bennius *p. 2. in Proem. de Privil. Juris Conſult.* Roland. *lib. 1. cap. 14. n. 8. de Commiſſ.* (f) Jacobus Middendorpius *in ſuo opere tit. de Academiis.* Gaſpar Prinċtius *in Theatro Magno vitæ humanæ. ubi etiam meminit. quod Rector Univerſitatis Lovanienſis ad quosvis Actus publicos nonniſi per Bedellum qui ſceptrum argenteum deferat deducitur, quales ibi habentur IIX. idq; diebus ſolemnibus, & dum eſt aliqua celebritas. Inſigne Poteſtatis & Authoritatis Purpuram geſtat & in humeros extenſam* Epomidem *rejicit, cujus oræ pellibus prætexuntur, imò etiam qui Gradum vel titulum adipiſcuntur in eadem Univerſitate, ſimili deducuntur ſceptrô.* (g) *d. c. Cùm in cunctos. de Elect. c. Grave nimis. d. Præben. & Dignit.* & Concil. Triden *Seſſ. 24. cap. 1. de Refor.* (h) *c. Cùm ſit ars. de ætate & qualit. præficien. Can. Illiteratos. 1. cum ſequ. diſt. 36. Can. Ignorantia. cum ſequ. diſt. 38. l. 2. C. de Pact. & §. 4 in Authen. de Judic.* (i) *c. ut Clericorum. c. A crapula. de vita & honeſt. Cleric. c. fin. de cohabit. Cleric.* & Concil. Trid. *Seſſ. 22. cap. 2. de Reform.* (k) Concil. Trident. *cap. 12. de Reform.* Ipſi etiam Summi Pontifices Urbanus V. Innocent. VI. Adrianus VI. Paulus V. &c. Juris; alii Theologiæ antè fuere Doctores. (l) Conc. Trid. *ibidem.*

* Privilegia Univerſitatum Studii Generalis præſertim *Perſonalia* (alia enim ſunt *realia* quæ rei vel cauſæ dantur, nec cum Perſona aſt nonniſi cum re & cauſa perempta extinguntur, ùt ſunt certo Collegio, Eccleſiæ inſervientia) vel ſunt cum Studioſis ex *Auth. Habita. C. ne filius pro Patre* communia, vel ſpecialia duntaxat Profeſſorum, qualia ſunt: qùod à Studioſis ſine venia in jus vocari non poſſunt, quia Parentûm locò ſunt. &c. *l. 4. C. de Locat. l. 1. C. de excus. Arbit. jun. l. 4. §. in fin. ff. de in jus voc.* Menoch. *idem teſtatur de Arbitr. Judic. q. Cent. 5. c. ult.*

(m) Vicarii tam Episcopi quàm Sede vacante: (n) Scholastici, imò & pars saltim dimidia Canonicorum Ecclesiarum Cathedralium atq; etiam Collegiatarum Insignium, in Sacra Theologia vel Jure Canonico sint Doctores vel saltim Licentiati, (o) & quidem ad has paulò superiùs recensitas Dignitates non sufficit Doctoratus per Privilegium (nisi fortè Papale) neq; ab aliquo duntaxat Collegio Publicam Universitatem non constituente, multò minùs ab aliqua Persona privata, seu Officialibus Curiæ Romanæ, sine ullo prævio Examine obtentus, ad obtinendum ejusmodi Beneficium nequaquam ulli suffragatur, quàm nisi sit illi collatus in Universitate rite & legitimè approbata. Tales enim nulla Gradûs Doctoralis Prærogativâ gaudere possunt, non habentur pro Doctoribus (p) nisi fortè Bullatis (q) nec verè sunt Graduati, (r) cohærenter ad Constitutionem *PII V.* Papæ, (s) item ad Generalia Decreta Sacræ Congregationis sub Annis; 1673. item. 1726to. edita: & à Sanctæ memoriæ *BENEDICTO XIII.* confirmata, quibus & ad clariorem eorum explicationem statutum est per literas Encyclicas, omnibus Episcopis de Mandato Summi Pontificis injunctum ita fuit: - - *Ut autem hæ omnes resolutiones & Decreta nedum innotescant, sed etiam debitum sortiantur effectum, Eminentissimi PP. ejusdem Sacræ Congregationis Concilii, sicuti Locorum Ordinarios per Encyclicas Literas monendos esse statuerunt, ita Amplitudini Tuæ imponendum duxerunt, prout præsentibûs injungunt, ne sinat aliquem promoveri ad* Dignitates, *Canonicatus, Officia & quæcunq; munera Ecclesiastica, in quo qualitas Doctoris vel Licentiati in Sacra Theologia vel Jure Canonico aut utroq; exposcitur à Sacro Concilio Tridentino aut Constitutionibus Apostolicis, aut quibuscunq; Ecclesiasticis Statutis, qui Doctoratum aut Licentiaturam consecutus non sit IN ALIQUA PUBLICA ET APPROBATA UNIVERSITATE, & prævio necessario Examine per eos ipsos & non per alios qui ab eis subdelegentur expletô, hoc est per eos ipsos qui membra sunt ejus PUBLICÆ ET APPROBATÆ UNIVERSITATIS, per quam expletur collatio Gradûs Magisterii aut Licentiaturæ.* - - & infra latiùs in Literis ejusdem Congregationis relatis in Summario *num.* 5. *lit. B.* quas etiam videre est apud *Discent. tom. 6. part.* 2. *Tr.* 49. & plura in hac materia (u) alibi (w) apud varios Authores.

COROLLARIUM II.

PRæter Prærogativam Nobilitatis qua ex Jure communi Imperatorio Romano

(m) Conc. Trid. *Seß. 24. cap. 8. de Reform.* (n) Azor. Stroz. Barbos. Cardinalis de Luca *& alii quos citat & sequitur* Petr. Lauren. *in Tra. de Vicar. Epi. cap:* 1. *9. 49. n.* 1. *& 2.* (o) *idem* Conc. *Seß. eadem. cap.* 16. *de Reform.* (p) *item* Conc. Trid. *Seß. 23. cap. 18. de Reform.* (q) Conc. Trid. *Seß. 24. cap. 12. de Reform.* (r) Pignatell. *Tom. 8. Consult. 34. n. 1. allegans Declarat. S. Congreg. in* Contronen. *9nâ Maji. 1637. &* Materanen. *10. Decembris, 1640.* Ventrigl. Tom. 2. *Annot. 1. §. 2. n.* 5. *&* Barbos. *Tract.* de Canonic. *& Dignitatib. cap. ult: n. 51.* (s) *Constit. 60.* PII V. Quamvis §. 2. *& sequ. 1ma Jun. 1668.* Conc. Trid. *Seß. 22. cap. 2. & Seß. 24. cap. 12. de Reform.* (t) *Justinianus in l. Magister.* C. de *Professorib. lib.* 10. Zozius *l. 2. ff.* de Orig. Jur. (u) Adrianus Imperator *Viris quibusdam Prætoriis hanc Jurisdictionem (Doctoratûs scilicet honorem) circa Examen poscentibus respondit:* hanc rem non peti sed præstari solere, & aliter aspirantibus non conferri nisi priùs se idoneos demonstrârint, & sic modoprimùm publica Authoritate ac Sapientûm Virorum consensû ad Gradum Doctoratûs promoveri. (w) *fusiùs tractat in hac materia* Stephanus Prætorius *sub tit. Ordo Studiorum.* Tholossan. Syntag. Jur. Univ. *l. 49. c. 6. n. 10. & alii passim.*

mano Constitutionibus Valentiniani Cæsaris (a) laborantentes & publicæ Lectioni per 20. annos in aliqua Universitate operam dantes (b) quod etiam Professoribus Universitatis Cracoviensis ex speciali Privilegio concessum est) gaudent. Omnes Studii Generalis Universitates legitimè erectæ & approbatæ, imò etiam singuli eas constituentes Doctores & Magistri siquidem in suo Rectore totoq; Corpore Universitatis, nempe collective sumptis omnibus Suppositis se constituentibus Conditores suos repræsentant, ex Jure communi Academiis & Scholaribus usitato & competenti (c) à quovis alio Foro *regulariter* loquendo necessariò sunt exemptæ. Atq; conformiter famosissimæ illi Regulæ Juris: *Accessorium* (d) *naturam sequi congruit Principalis:* eodem Privilegio Exemptionis Scholares quoq; qui ratione Studii Universitatem frequentant, gaudere meritò debere; per se clarum & manifestum est. eo modo quo ipsi de Universitate Doctores & Magistri, ab omnibus solutionibus, muneribus & oneribus Publicis, tam Personalibus quàm realibus, datiis, quamvis tempore belli & similibus quibuscunq; immunes sunt. *Studiosus enim refertur inter Clericos & sustinet Personam honorabilem.* (e) Non tenentur pro Civitatis custodia excubias agere, (f) nisi Imperator ipse in expeditione sit, vel bellum immineat aut alius casus insolitus. (g) urgens enim necessitas omnem Immunitatem tollit, (h) neq; milites hospitiò excipere, (i) à nemine (ùt jam dictum in Judicium sæculare trahi possunt. (k) Porro pro varietate Fundationum & dotationum Universitatum Studii Generalis varia variis favore earundem lata & gratiosè indulta sunt Privilegia. Sic Professores Universitatis Berythensis (l) quò rectiùs Juventutem & diligentiùs erudire possent; à Tutela & Cura excusabantur. Pro præsentis materiæ ampliatione nempe pro Jure Scholarium militant variæ Authorum gravium & fide dignorum sententiæ. In Schola Parisiensi Magni adeò Nominis atq; Authoritatis olim Academici atq; Studiosi qui tunc apud eos Studia frequentârunt habebantur, ita: ut *Scholasticum officium offendisse; piaculum haberetur.* (m) Contra Studiosum quâ talem absentem non currit Præscriptio, atq; nullus est omnino Usucapioni locus, quia illius absentia est necessaria & laudabilis. (n) Insuper statuunt Dd. Studiosum (o) (*si excellenter sit doctus*) damnatum ad mortem naturalem; mitiùs esse puniendum. Quòd Studiosi de suppellectile & rebus ad Studia sua perficienda necessariis, nullum vectigal portorium & simile onus sol-

vere

(a) *l.* Grammaticos. C. *Just. lib.* 12. de Magist. *qui in Urbe Canstantinopol.* (b) *Privilegium* Sigismundi I. *Regis Pol. Crac. feria 4tâ in crastino S. Laur. Marty. A. D.* 1535. *referente* Zalaszovio *Jur. R. Pol. lib.* 1. de Epi. Crac. *tit.* 21. (c) *ex l.* 1. C. *de Profess. qui in Urbe Constantinop. docent.* Bart. *in l. Alexandrinis* C. *de Decurionibus* Toloss. *in* Syntagm. *Jur. Univer. lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 1. de Comitib. *& lib.* 19. *cap.* 1. de militib. *& militia inermi.* Menoch. *de Arbitr. cas.* 86. *n.* 43. Franch. Decis. 115. *per tot.* Ricc. Collect. 3109. Aristm. Topat. *variar. Sent. f.* 86. Vivian. *comm. opin.* 196. Marc. Ant. Sabell, Tom. 1. *lib.* 1. *lit.* D. §. Doctor. 25. *n.* 3. Christophorus Bessold. *Dissert. de Studiosis &c. fol.* 104. (d) R. *I.* 42. *in* 6. *Accessorium ad eundem pertinet ad quem pertinet Principale. c. Solicitudinem* 45. *de Appell. c. Præterea de Offic. Deleg.* (e) Conf. §. 9. *l. de Injur.* (f) Klock. *de contribut. cap.* 15. *n.* 8. *l.* 2. *&* 3. C. *de quib. mun. vel præst. non liceat se excus. lib.* 10. Zas. *in l. si in toto. n.* 9. *& seq. ff. de Leg.* 1. Bart. *in l. nullus* C. de *Cursib. publ. lib.* 12. Sebast. Medic. *de casib. fortuit. p.* 2. *q.* 1. (g) Bald. *in l. jubemus.* C. *de SS. Eccles:* Gail. 2. *Obs.* 52. *n.* 26. *& sequ. & alii.* (k) *l.* 6. *juncta l. placet* 17. C. *de Episc. & Cler.* (l) Rudolphus Knichen. *gl. §. fin. l. sed & reprobari. ff. de cau. excusant. à tut.* Princtius S. T. Licent. *in Theatro Magno vitæ hum.* Lansius de *Academ. l. L. fare sub fin.* (m) Lansius *d. l.* (n) *l.* 28. *in pr. ex quib. caus. major. in integr:* (o) *per l. ad bestias de poenis: & ait* Olderdorpius *in* Tract. *de Jure singul. rubr. de Privileg. quæ bonarum literarum Professoribus. &c. se aliquando ita pro doctis supplicantem; obtinuisse.* *Johan. Volk. J. C. de Privil. Studios.* Atroces æstimari debent injuriæ, quæ studiosis ab aliis inferuntur. *cap.* 6. *num.* 2.

vere (p) tenentur, imò ubivis fere terrarum libraria Studioſorum ſupellex (q) à portorio eſt immunis. Libri ipſorum (r) Locatori ipſo Jure non ſunt oppignorati neq; obligati, ad eundem enim modum quo militi arma, quô agricolis inſtrumenta ſua; ob debitum non poſſunt attineri. multò magis quando Studioſus Judæo libros ſuos furtivè ideſt clanculum vel vendidit vel oppignoravit, illos absq; omni pretio repetere (s) poteſt, niſi verò inevitabili urgeatur neceſſitate; fit infamis infamiâ facti quoties libros ſuos venum dederit, pariter ac miles qui in bello arma amiſit, vel alienavit, apud antiquos pœnâ capitis puniebatur. humanè enim militiam mutat. Sumptus gratiâ ſtudiorum à Patre acceptos in hæreditatem conferre non tenentur, (t) niſi ſi filius ſtudiorum causâ peregrinetur, vel ſtudiis peregrinationes adjungat, ſive ſit emancipatus ſive non. Imò etiam non veniunt in hæreditatem computandæ expenſæ Doctoratûs quas vivente adhuc Patre fecerint, neq; pecunia quam ſtudioſus à Patre accepit ad obtinendas dignitates, (u) Doctoratûs verò aſſertæ expenſæ ſi poſt mortem Patris factæ fuiſſent, de communi hæreditate illas cogeretur filius conferre, etiamſi ſuperſtite adhuc Patre ſtudium inchoatum fuiſſet. Magiſtratui ſœculari non ſunt ſubjecti & quidem Conſtitutio hæc pro Studioſis eſt planè favorabilis & ſingularis, præterquàm quòd Juri communi accommoda. Coram Politico Magiſtratu aliquem convenientes; non apud eundem ſed proprium ſive Academicum Magiſtratum reconveniendi ſunt. ex quo; quòd ex Privilegio Authenticæ ſupra allegatæ ab omni alieno Judicio eximuntur, eſtq; certa pœna ſtatuta in eos; qui illos ad Judicem non ſuum trahere conati fuerint. Immò in (w) Academia Leidenſi hoc habet ſpeciale beneficium Studioſus Actor, ut poſſit Civem (licèt ſit ſub alterius Jurisdictione quem convenit) etiam ad Forum Academicum trahere * Et ſic Privilegia quædam à Friderico cognomento *Ænobarbo* qui Imperium Annô 1151. adeptus eſt, favore Scholarium lata paſſim in Jure Civili reperiuntur inſerta, ubi inter alia hoc præprimis & vel maximè cavetur, ut Scholares non alibi quàm coram Rectore ſuo vel Epiſcopo conveniantur Præſertim in Cauſis Civilibus nonniſi apud Rectorem Magnificum indeterminatè; in criminalibus autem apud eundem tunc demum; quando Academiæ Jus merum ſeu gladi competit, conveniri & ab Eodem puniri poſſunt. quale jus Univerſitatibus; Tubingenſi, Heildebergenſi, Roſtochienſi, Gryphisvalden. Lipſien. Francofurten. Wittembergen. Oxonien. Peruſinæ, Piſanæ, Bononien. Papien. Neapolitanæ. Pariſien. Lipſien. Juliæ, ex ſpeciali conceſſione Fundationum & Statutorum ſuo ſœculo permiſſum fuiſſe; aliqui memorant. (x) Quod quidem Jus Exemptionis & Privilegium Fori

 exten-

(p) *l. 6. C. de Profeſſ. jun. l. 6. C. de vectigal.* Scholares undequaq; venerint ſecurè veniant. morando, ſtando, & redeundo, tam in Perſonis quàm in rebus nullam ſentientes in aliquo læſionem Conſt. Friderici III. Imp. *cujus meminit.* Middendorp. *lib. 5. de Academ. pag. 167. l. 1. §. 1. & ſequ. de his qui. eſſud. vel dejec.* (q) Wieſſenbach, *ad l. 6. C. de Vectigal. & Comm.* (r) *l. Obligatione, 6. ff. de Pignor. l. 8. cum Auth. ſequ.* C. *quæ res pign. l. Deſertorem. 3. §. miles. ff. de Re milit.*

(s) Rebuff. *p. 115.* notat Avenionæ in Cauſa amici ita practicâſſe. Speckhan *cent.* 2. C. *l.* 1. *q.* 11. (t) *l. unic.* C. *de peric. Succeſſ. Parent. l. 1. l. 5. & Auth. Habita,* C. *ne filius pro Patre v. Pater &c.* (u) *l. 1. §. 16. de Collat.* l. *20. §. 6. Famil. herciſc.* Bart. *in l. ſi filium. §. Idem. ff. fam. herciſc.* (w) Limnæus *lib. 8. c. 9. num. 58.* * In Academia Tubingenſi olim ſancitum fuit, ut quicunq; Perſonam Academicam, Pedellum (*Bedellus, ſive ſecundùm nonnullos* Pedellus, *quia pedes Rectori & Magiſtratui* Academico *deſerviens, ùt clarè innuit* Ioan. Niſæus, *in vita* Xyſti Betulæji. *vel à Pedo ſive ſceptro quod geſtat aute Rectorem ſic dictus, ideo etiam in* Ordin. Camer. p. 1. tit. 34. & 47. *Pedelli vocantur.*) vel quemcunq; de famulatu vel familia reali vel verbali injuriâ affecerit. non ſolùm læſo ſecundùm juris rationem ſatisfaciat, ordinariaq; mulctâ puniatur, ſed & ulteriùs pœnæ locò centum florenos pendat. hæc notat Beſſoldus *de Jure Academ. p. 159.* (x) *d. l. 6. & fin.* C. *eod.* Enenckel *de Priv. l. 2. c. 4. n. 76.* Brunnem *in Comment. ad* C. *& quidem l. 6. tit. de Profeſſ. & Medic.* Bechman, *de Studioſ. Privil. c. 5. n. 7.* Cothmannus *Reſpons. Academ. 26. reſponſis Acad. Francofurten. confirmat.* Cubach, C. 3. Dec. IX. *Pater ad ſolut. ſumptuū gratiâ ſtudii à filio erogat. ex Officio Nobili compelli poteſt.* Gockel num. 60.

extenditur etiam ad uxores & liberos Suppositorum Universitatis, si sint illis, qui quomodòlibet componunt Universitatem, insuper etiam & ad viduas defunctis illis; quàm diu statum non mutant. Hanc itaq; perantiquam Imperatoris *Friderici* Constitutionem, laudatissima imitatione, Legum & Statutorum Regni Poloniæ Compilatores, Privilegiis Libertatum & Prærogativarum Universitatis Cracoviensis adjunxerunt, quemadmodùm in Statuto sub ver. *Schola Regni.* apud *Herburtum* videre licet, (y) & quidem sub distinctione restrictiva: de qua paulò superiùs dictum est. nempe vel quò ad leviora delicta; vel quò ad atrocia crimina, ita: ut Rector Magnificus in his cognoscat, de illis verò non item: quod quidem Divus magnæ memoriæ Fundator in Privilegio suo huic Universitati concesso - claris & apertis verbis declaravit, in hunc qui sequitur genuinum verborum tenorem: - - VLADISLAUS JAGELLO &c. - - *Insuper Rector prædictus Scholares & Studentes suos in Causis criminalibus levioribus utpote pro capillatione offensioneq; palmo vel pugnô ad effusionem sanguini, ac contentione qualibet non enormi; habeat judicare. nec ob hoc ipsi Scholares vel Studentes vel eorũ familiares atq; servi ad extranea Judicia evocentur & trahantur. Si autem quod (Deus avertat) studens Scholaris in furto, adulterio, fuerit deprehensus, illorum cognitio non debet ad Rectorem pertinere, sed statim criminalium deprehensus Scholaris si Clericus fuerit ad Episcopum remittatatur, si verò laicus, Nostro Judicio subjacebit.* Porro adhuc inter Universitates quæ merum Imperium habent, referri solent: Viennensis ex Bulla *MARTINI* V. & *Conf. ALEX.* VI. *LEONIS* X. item Coloniensis, Ingolstadiensis, Lovaniensis (z) atq; aliæ nonnullæ. - - De Immunitatibus Universitatis Cracoviensis satis clarè loquuntur Constitutiones Regni, (1) *Annô D.* 1636. *Confirmando Jura omnia Academiæ Crac. &c.* item Constitutio *Anni* 1658. in hæc verba: (2) - - *Academia Crac. etsi satis firmis per Prædecessores Nostros est donata Prærogativis, illam tamen ab omnibus contributionibus Civitatensibus, unanimi Ordinum Regni consensû totaliter liberamus.* item in Constit. Anni 1676. hæc formalia (3) leguntur. *Academiam Cracoviensem multùm huic Reipublicæ ab aliquot centum annis emeritam; secundùm Statutum sub tit.* Schola Regni. *liberam ab omnibus oneribus declaramus, ac penes Jura, Privilegia, libertates, per Constitutiones Regni firmata, æviternis temporibus conservamus.* Primitivi verò & antiquioris Privilegii Universitati Crac. concessi, meminit etiam *LEO* X. Papa in Bulla superiùs allegata, ibi: *VLADISLAUS etiam Poloniæ Rex cupiens Studium prædictum in eadem Civitate felicia incrementa suscipere & habere: certa Privilegia ac Exemptiones, liberationes & libertates à Contributionibus, datiis, gabellis, Universitati ipsius Studii ac illius Scholaribus tam Clericis quàm sæcularibus necnon Doctoribus & pro tempore existentibus concesserat.* & infra subdit. *successivè bonæ memoriæ Andreas Archiepiscopus Gnesnensis & Primas Regni Poloniæ, de consensu Episcoporum & Suffraganeorum suorum in certa Synodo Provinciali tunc celebrata præsentium, Doctores & Magistros Præsidentes in dicta Universitate, Officia Collegii & Universitatis prædictorum per se explentes seu peragentes à solutione Contributionis seu collectæ, à quibusvis tam * Ecclesiæ* S. Floriani *extra muros Cracovienses, - - quàm aliis eorum Beneficiis, quæ ratione Collegiaturarum ac Universitatis Studii Generalis Cracoviensis hujusmodi obtinebant,*

(y) Herburtus *ver. Schola Regni.* Andr. Lipski, *Obser. IV. §. de Foro Scholarium.*
(z) Middendor. *de Academ. lib. 2.* (1) apud Herburtum. *fol.* 11. (2) *ibidem fol.* 26.
(3) *fol.* 41. * Talia Capitula exempta vocantur.

*bant, in quibusvis Generalibus ſeu Provincialibus Synodis laudatis seû laudandis: perpetuò liberaverat, exemerat & abſolverat. &c.*idem *LEO* X. in dicta ſua Bulla. * Contra violatores Immunitatis Univerſitatum conſequenter Academiarum exemplum exſtat; quomodò ſub *Anno 1711. Poſnaniæ* in Academia *Lubranſciana* Univerſitatis Crac. à ducentis & ultra annis de Eccleſia & Regno hoc ſemper bene merita Filia, (4) Moſchos ibidem in Oratorio morantes atq; irreverenter noctem agentes, ſtativa ſua circa illammet Academiam ponentes, nocturno tempore jamq; ſera ſub nocte Perſona quædam grandæva in lumine viſibiliter apparens, (piè creditur fuiſſe Beatus JOANNES CANTIUS, aut Fundator illius Academiæ Pientiſſimus; LUBRANSCIUS, gravi terrore perculit, fugavit & illico locô cedere juſſit. Plauſibile verò neq; ullius facilitatis aſt raræ felicitatis eſt, quod perhibetur de *Stanislao Bieżanovio* Doctiſſimo Academico Profeſſore, (5) hic cùm in Senioratu Contubernii Starnigelliani Cracoviæ regimen illiusmet gereret, *Svecis* Contributionem *Wirtzio* mandante acriter exigentibus pro Jure ſuo Univerſitatis placidiſſimè reſtitit, ſe Domumq; indemnem ſervavit, imò eos in amorem ſui mirum in modum pertraxit, (6) adeò: ut eum etiam magnis pretiis Svecorum Proceres *in Sveciam* invitarent. - - *Toti Corpori Academiæ deſerviunt Typographi, Librarii ſive Bibliopolæ & ſunt Perſonæ Univerſitatis ſaltim ſecundariæ ſive adminiſtræ, & hi etiam propter artificium Literatis potiſſimùm utile, item & Pictores ob artem ſummam & naturæ æmulam, tum ob ſimilitudinem cum Artibus Liberalibus prout diſtinctæ ab omnibus mechanicis; ex longa olim & antiqua ſatis obſervantia, Immunitate Academica quò ad Forum & Jurisdictionem gaudent,* (7) *ſi nimirum inſcripti ſunt in Catalogo ſuo Academiæ Matriculæ.* Album ſiquidem Univerſitatis rite conſcriptum, certam præſumptionem pro illis ita ac omnibus aliis inſcriptis facit, qùod ſint legitimè receptum Academiæ membrum, & quaſi poſſeſſionem juſtam probat, onusq; probandi in negantem adverſarium transfert.

 CORO-

* *Concil. Trid. Seſſ.* 22. *cap.* 8. *de Reform. hac in materia loquitur' ſic.* Epiſcopi etiam tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegati, in caſibus à Jure conceſſis omnium piarum diſpoſitionum, tam in ultima voluntate, qùam inter vivos ſint Executores, habeantq; jus viſitandi Hoſpitalia, Collegia quæcunq; & Confraternitates laicorum, etiam quas Scholas, ſive quovis alio nomine vocant. NON TAMEN QVÆ SUB REGUM IMMEDIATA PROTECTIONE SUNT. *Item Seſſ.* 25. *itidem de Reform. cap.* 6. *circa fin. dictum Concilium clauſulam apponit ejusmodi:* - - SALVIS TAMEN IN OMNIBUS PRIVILEGIIS QUÆ UNIVERSITATIBUS STUDIORUM GENERALIUM SEU EARUM PERSONIS SUNT CONCESSA.&c. *c. jur. alleg. de Priv. Schol. max. prin.* 64. *cum ſequ. c. Clem. quia contingit. de Relig. Domib.*

(4) ex Panegyrica Concione tit. *Kápitáliſtá* &c. Authore *R.* P. *Skoczyńſki* Strict. Obſerv. O. M. Reform. Poſnaniæ edita, in deſcriptione Academiæ ibidem. (5) *Cordolium gementium cum Apolline Muſarum. Martini Bielecki.* (6) *Sacra Laureatorum Cordium Pyra. Samuelis Podgurſki.* ſuper fatis *M. Stanislai Bieżanowſki*, Pòëtarum, Oratorum, Hiſtoricorum Oraculi & miraculi, ſcriptîs doctis ſuo ſœculo & poſteritati Clariſſimi. (7) *Richter* part. 2. circa *fin. Svevus* Disp. 3. th. 4. & 10. *Limn.* Jur. publ. lib. 8. cap. 6. n. 27. & ſequ. *Cothman.* Reſp. Acad: 18. n. 21. p. 103. In pleriſq; Univerſitatibus, pharmacopolæ, illuminatores, tanquam ſubalterni Medicis & Pictoribus hic comprehenduntur, porro omnes Perſonæ quæ aliquid commercii cum Lireratis hebent. *Erneſt. Gockel num.* 57.

* *Excerptum de arte typographica.* A.D. 1440. ars typographica excogitata à Joh. Guttembergio Argentinenſi, publicatur Moguntiæ primùm, deinde Argentinæ, inde traducitur Neapolim & Romam. *Vimph: Polyd. Philadelph. Phil. Bero.* in China tamen ajunt diu antè eam cognitam fuiſſe, *Joan. Conſalv. lib.* 5. *cap.* 17. Aſt Persæ veterem deſcribendi morem usq; hodie pertinaciter retinent, nec laboris & errorum, nec ſumptuum eos pœnitet. *Gockel, D. U. J. tit. Deliciæ Academicæ.*

COROLLARIUM III.

ÆQuitatis ratione ſvadente Privilegia Univerſitatibus Studii Generalis prout & recenſitum immediatè *Jus Exemptionis* Academiis atq; Scholis Publicis conceſſa, non competunt illis quorum nomina ob aliquod delictum deleta ſunt ex Albo Univerſitatis, (quod vulgò Matriculam appellant) item neq; competunt iis: (a) qui vagantur nec audiunt Publicas Prælectiones, (b) vel qui ab Univerſitate quinquenniô ſine ſcitu & expreſſa ſuper eo ſibi data facultate abfuerit, (c) ac deniq; qui Majores & Præceptores ſuos re aut verbô offendunt, quos non minùs ac Parentes honorare debent. (d) atq; ideo tales pro infamibus habentur. (e) Sic etiam in exemplo de ipſis Studioſis & Scholaribus loquendo; hi: quamvis inſcripti ſunt quidem in Matriculam Univerſitatis ſi Lectiones ac Diſputationes Publicas Doctorum ac Profeſſorum non frequentant, Privilegiîs Univerſitati Studii Generalis pro ſe conceſſis profectò pollere non videntur, ſed tam diu duntaxat quàm diu in ea literis operam navant, quia *ceſſante causa ceſſat effectus.* (f) quamvis non deſint Authores qui cum diſtinctione hanc difficultatem reſolvunt: aut enim Scholares dicti planè ſtudiis non incumbunt, aut ſaltim privatim operam illis dant; de prioribus *Lanſius* non habitum ſed Profeſſionem hìc attendendam eſſe docens, (h) negativam non temnendis rationibûs acriter defendit, ſimulac exemplô demonſtrat: *in Hiſpania Studioſum non gaudere ſuîs Privilegiîs niſi ſingulis diebûs audiat duas Lectiones.* Similiter in Academia *Pariſienſi* Decretorum Doctores refert tale Statutum uſq; hodiedum habere: *Decernimus: neminem de cætero conſendum eſſe Scholarem Facultatis Decretorum, ita ut Privilegiîs Univerſitatis & Immunitatibus fruatur, niſi ter aut bis ad minùs per ſingulas hebdomadas Scholas frequentaverit, & more Scholarium Lectiones audiverit.* Probabilior tamen aliquorum J. C. ctorum ſententia eſt, quòd Studioſus quinquenniô abſens (i) ab Univerſitate, Jus gaudendi Privilegiis illiusmet; pro ſe amittit, ſtudia ſiquidem ſunt principalis cauſa ob quam Scholaribus præfata indulgentur Privilegia. Hinc cc. concludunt DD. Studioſos otio tantùm deditos & nullas publicas vel privatas Lectiones viſitantes, non frui Privilegiîs allegatæ ſuperiùs Authenticæ, non utiq; *Hieroſolymîs fuiſſe ſed Hieroſolymîs bene vixiſſe, non Athenas inhabitâſſe ſed Athenis ſibi, Patriæ & poſteris gloriam parâſſe; laudandum eſt.*

CORO-

(a) *arg. c.* ex literis. *Extr.* de *Conſtit.* (b) *arg. l. qui ſub prætex.* C. *de Sacrorum. Fec. l. un.* C. *de Collegiat. lib.* 11. *item lib.* 1. C. *de Tyronibus.* (c) *l.* 2. & 3. C. de Commeat. *lib.* 12. (d) *per tex in c. Plerumq;* 27. §. *infames.* 2. *q.* 7. & *c. Infames.* 6. *q.* 1. (e) Lipſki. *Cent.* 1. *Obſer.* 4. *fol.* 12. *tit. de Scholaribus.* (f) *c.* 60. *de Appell.* & *c. Quod pro.* 41. *cau.* 1. *q.* 1. (g) Saniores ICti *contra* Horat. Lutium *tr. de Privil. Scholar. tit. de his qui gaudent Priv. Scholar. n.* 8. Andreas de Iſernia, Baldus, Bolognetus, & *alii ad d. Auth.* Habita. Philip. Franc. *in c.* 2. *de Priv. in* 6. Tiraqu. *p.* 1. *n.* 206. Joh. de Lign. *In Proem. Clementin.* Jaſon. *in l.* 1. C. *de Summ. Trinit.* Limnæus, *d. e.* 6. *n.* 62. & *ſequ. c.* 9. *n.* 9. *Can. cavete.* |*caus.* 22. *q.* 5. *item l. ſi quis* 3. C. *de domeſt.* & *protect. lib.* 12. Limnæus *loc. cit.* Lanſius *in tr. de Academ. lit.* G. *fol.* 32. 33. & *ſequ.* Dionys. Godofr. *in Prax. Civili lib.* 1. *tit.* 3. *de Studios.* & *Profeſſ. Privil.* (i) Schneidew *ad* §. *item Romæn.* 6. *Inſt. de Excus. Tut. d. l. q.* 15. & *aliis.*

Referibiliter ad Concl. *II.* Baſileen. à Pio II. & Urbano VI Colonien. ab Urbano VII. Dilingana à Julio III. Erphurdiana à Bonifacio IX. Francofurten. ad Viadrum ab Alexandro VI. & Julio II. Heildebergen. ab Urbano VI. Bonifacio IX. Adriano VI. Clemente VII. Paulo & Julio III. Ingolſtadien. à Pio II. Roſtochien. à Martino V. Salisburgen. ab Urbano VIII. Treviren. à Nicol. V. Wartzburgen. à Gregorio XIII. ab Eodem & Bononien. Ferrarien. à Bonifacio IX. Orelanen. à Clemente V. Bituricen. à Paulo II. Burdegalen. ab Eugenio, Cardurcen. à Joan. XII. Pariſien. a Gregorio IX. & Innocentio III. Upſalen. in Svecia à Sixto IV. &c. *aliæq; ab aliis Pontificibus Romanis approbatæ Studii Generalis Univerſitates & confirmatæ quas notat* Meelbaum, *in descr. Acad. Trevir. cap.* 2. *pag.* 10.

COROLLARIUM IV.

UNiversitates Studii Generalis omnes legitimè approbatæ possunt habere Bona & res in communi, ita imò multò magis ac quælibet persona singularis, libera & de Jure non impedita, potest habere Bona propria (puta) nemora, pascua, piscinas salinas aut Inscriptiones in (k) illis: justis Professorum laborantium stipendiis deservientes, vectigalia, aliaq; in genus Bona, item pecuniam in ærario seu Archam communem, imò etiam & quævis Academiæ earumq; suppositi Doctores & Magistri (si modò nisi aliunde expresse non prohibeantur) possunt acquirere sibi Bona Terrestria & ea firmiter habere atq; possidere. (l) Sic Parisiensem Studii Generalis Universitatem quæ cæpit à *Carolo Magno circa Annum Domini 79.* idem Carolus Magnus tanta proventuum & possessionum amplitudine donavit, quanta vix omnes Galliæ & Germaniæ ex qua tanquam ex illimi fonte emanârunt Academiæ eam æquare possent. Imò & dicta quælibet legitimè approbata Universitas Studii Generalis circa alienationem, dotationem & administrationem rerum suarum tam mobilium qùam immobilium est Domina atq; Moderatrix, (m) potestq; de illis liberè pro libitu suo disponere atq; circa eas legem facere, quamcunq; pro Jure suo rationabiliter & sine præjudicio alterius ratam esse velit. Potest enim ipsa sibi Statuta & Conclusiones vim legis habentes legitimè condere & facere (n) modò non sint contraria *Inquisitionibus* hæreseos, (o) aut Patriis Legibus adversentur. Unde etiam quod Universitatem tangit ab Universitate approbari debet. (p) Nec Procurator Universitatis quamvis Majores aliqui (casu quô) sint excommunicati, ad impetrandum ab ea (q) constitutus removetur ab impetrando; nisi forsitan prædicti in Literis Impetrationis sint expressi, vel eorum Authoritate impetratio sit instituta, vel Communitas, Collegium, Facultas, sciens eos esse tales; unà cum eis dictum Procuratorem constituisset. ✠

COROLLARIUM V.

UNiversitates Studii Generalis omnes Collegiaq; licita & approbata, ex ultimis Voluntatibus hæreditatem, fidei commissa (r) & legata capere posse; certi atq; indubitati Juris est. Imò etiam ex Privilegio ab intestatis

E incor-

(k) *l. j. §. quibus autem. cum §. ult. ff. quod cujusq; Univ. nom. l. Bona Civit. l. inter publica. ff. de V. S. l. .2 C. de diver. Præd. Urb. lib. 11.* (l) *l. 1. C. eod. tit.* Ex Jure Regni Poloniæ de Universitate Cracovien. etiam ùt pro singulis qui in eadem per 20. annos laboraverint, publicæ Lectioni operam dederint, videatur apud Zalaszovium Privilegium Sigismundi *I.* Regis Poloniæ, Lib. 1. Juris Regni §. de Acad. Crac. fol. 589. ibi: Bona quæcunq; Terrestria valeant acquirere & possidere, ac omnibus libertatibûs, honoribus & Privilegiis quibûs Nobiles Regni Nostri Indigenæ gaudent, ipsi quoq; gaudeant & fruantur. *& paulò infra idem, ibi:* Bona quævis Terrestria possint acquirere, acquisita sine quavis angustia quocunq; vocabulo censeantur possidere. (m) *l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam.* Bart. *in d. l.* Communitas. *n.* 2. 3. *&* 4. (n) c. *Statutum 9. de Hæret. in 6.* (o) *ibidem.* (p) c. *Si Archiepiscopus, 6. de* Temp. Ordin. c. *Ad hæc, de Offic. Archid. c. Accedentes 11. de. Præscript. c. ult. de his quæ fiunt à Prælatis. c. Pervenit, 2. de Immunit. Eccl. c. Quod omnes, de R. I. in 6.* (q) *c. ult. de Procurat.* ✠ Continuativè ad præcedentem materiam. *Dux Brabantiæ Joannes* Bonus *omne Jus suum contulit Rectori Universitatis* Lovaniensis. (*qui quidem Rector à Senatu Academico eligitur*) *eidemq; liberam potestatem in Studiosos permisit, Magna Dignitas Rectoris ibidem, sed ad semestre duntaxat, similiter atq; apud nos Cracoviensis. Magnifici titulô decoratur.* fertur Carolum V. Imperatorem aliquando locô cessisse, dum hic Actui cuidam publico præsens adesset. *ita memoratus Author in Thea. Ma: Vi. hu. sub lit. A.* Fridericus II. Imp. *in Resc. suo de Priv. Schol. Studii Neapolit. 72. apud Gold. Tom. 2. fol. 72. & Petr. de Vineis. lib. 3. Epist. 11. majorem qùam Civilem Jurisdictionem Rectoribus Acad. concessit.* (r) *l. 8. C. de hæred. Instit. l. 25. §. 1. ff. de acquiren. hæred. l. 1. C. de Sacrosan. Eccl. l. si quis à filio. §. si Parti. §. de lega. 1. l. si hæres. §. vicis. ff. eod. l. unic. ff. de libert. municip. & aliarum Univ. l. cùm Senatus. l. 2. ff. de reb. dub. l. 1. §. si autem Collegium. ff. ad S. C. Trebell. l. 1. & 2.*

Incorporatis omnibus Clericis majoribus vel minoribus, sive laicis suis suppositis, nec non: sex extraneis decedentibus succedere, Testatorum Testamenta approbare, Rectoribus Universitatum Studii Generalis quemadmodùm legitur in Bulla *LEONIS* X. Papæ (s) Universitati Cracoviensi concessa; competit, cujus Bullæ tenorem hoc in puncto afferre placuit. *LEO Episcopus &c. Pro augmento dicti Studii, illius Rectoribus, Doctoribus, Magistris & Scholaribus, ut liceat illis à sex intestatis Clericis seu Presbyteris cujuscunq; statûs, Dignitatis & conditionis existerent in Dioecesi Cracoviensi ubilibet constitutis, successivè morituris, per duos Viros è gremio dictæ Universitatis idoneos & bonæ conscientiæ per Rectorem, Doctores atq; Magistros salariatos nominandos & deputandos juxta eorum arbitrium: habitò tamen consilio a Rectore, Doctoribus & Magistris Universitatis post hujusmodi dictos sex intestatos qui potiores illis viderentur, eligendi, &c.* tum paulò inferiùs in eadem Bulla. - - *In ipsa verò Universitate ab omnibus eidem Universitati Incorporatis, ex tunc postea morituris, in perpetuum (expeditis tamen funebralibus morientium) omnia derelicta, sive omnes res, pecuniam & clenodia, quorum dispensatio dispositioq; jure ipso ad Episcopum spectabat & pertinebat accipere, colligere, ac numerata & in Regestrum descripta in fiscum Universitatis deponere, ac illa per se & Successores suos Doctores & Magistros præfatos, pro commodo ejusdem Universitatis, pro restauratione dictarum Collegiaturarum, aut alias prout meliùs & salubriùs videretur, convertere, plenariam concessit facultatem. &c.* Ad Privilegia in communi omnium Studii Generalis Universitatum & hoc etiam causâ mortis pro Professoribus Doctoribus & Magistris militat, quia: Professore intrà terminum anni mortuo (t) salarium totum est exsolvendum, in manus eorum quibus de jure competit. quod communiter nititur illa ratione, quia non tanquam merces sed tanquam honorarium consideratur, nisi fortè aliud consvetudine vel statutô specialiter introductum sit. Et prout multis placet sive mortis causâ sive inter vivos; Academiis legata ad pios usus bene & religiosè relicta esse censentur, eò quòd sint legata talibus Viris qui favorem piæ causæ merentur, ex quo serviunt Ecclesiæ in erudienda juventute in quo plurimùm momenti (de Catholicis utiq; & approbatis duntaxat sermo;) situm est.

CONCLUSIO IV.

PUblicæ Studii Generalis Universitates à quibusvis Scholis, Gymnasiis & Collegiis omnino sunt distinctæ. (*a*)

CORO-

(s) Annô Incarnationis Dominicæ 1513. (t) *l.* 1. §. *Divus.* 13. *ff.* de *Var. & extraord. cognit. l. qui opera.* 38. *in fin. ff. Locati. l. properandum,* 13. §. 9. C. *de Judic. & l.* 11. *in fin.* C. *de Prox. sacr. scrin. lib.* 12. Coler. *decis.* 201. *n.* 8. Rauchbb. *p.* 1. *quæst.* 25. *n.* 9. *& sequ.* Cothm. *Resp. Academ.* 46. *n.* 11. *& sequ.*

(a) L. Gradatim. 11. *ff. de munerib. & honorib.* L. 7. §. præterea *ff.* de *injur. Hier. ad Ocean.* Epist. Divi Pii ad Titian. Imperator pœnam statuit in eos qui in locis quæ tale non meruerint Privilegium doctrinam Discipulis tradunt. *L. unic.* C. *de Stud. liber. Urb. Rom. lib.* 11. *c. his quæ.* 11. *c. cùm olim.* 14. *de maj. & obed.* In Concilio Augustano à 12. Episcopis tempore Hormisdæ Pontificis Romani celebrato sancitum est, ne quis Doctoris munus sibi imponat, præter eas Personas quibus est concessum. Dicuntur Universitates quia universa Artium genera complectuntur. Perionius lib. de Græc. & Rom. Magistr.

Reges & Principes quanti olim fecerint Viros Academicos, exstat memorabile exemplum in Jasone *Professore Utriusq; Juris in Academia Ticinen. quem* Ludovicus Gallorum Rex *aliquando honoris causâ in Auditorio profitentem audivit, & cùm ad* Collegium *perventum esset; Rex* 5. *Cardinalibûs &* 100. *Proceribûs stipatus, sinistrum adæquavit* Jasonemq; *compellavit his verbis:* Nunc Jason incipit Regnum tuum. *Picartus observat. historico-polit. dec.* 7. *cap.* 1.

COROLLARIUM I.

IPsæ etiam Studii Generalis taliter prout supra dictum erectæ & approbatæ Universitates quamvis in specie sibi conveniant, non nihil tamen inter se distinguuntur, & una ab altera differunt, ita ut una meritò præferatur alteri ex prioritate originis, antiquitate, tum ex Privilegiis aliisvé sibi concessis specialibus Prærogativis, hinc non modò Doctor non Doctori; verùm etiā & Doctor Doctori præferibilis est, ille qui in celebriori, antiquiori, famosiori & digniori Studii Generalis Universitate creatus est. Imò & conformiter Constitutionibus Provincialibus ex Bulla *LEONIS X. de Elect. Archid.* & in altera simili priori ejusdem Papæ *de suscip. pleb. ad Præben. Doct.* expresè additum legitur, qùod concurrentes ad Archidiaconatus aliasq; Prælaturas, Dignitates & Personatus seu Canonicatus in Ecclesiis Cathedralibus pro Doctoribus fundata: præsumuntur imò debent esse promoti ad Doctoratum *non in quacunq*; *sanè*; *sed aliqua celebriori Universitate*, scilicet in famosa ac ex antiquo magis bene merita. Apud nos in Polonia *Primarium Metropolitanum Archicapitulum Gnesnense* ante annos circiter 80. sic fecisse & exemplum hujus rei dedisse; dum ad Doctoratum in S. T. in malè prætensa & nulliter usurpata, mox tandem circa Annum 1676. sublata, Metropolis Majoris Poloniæ Universitate promotos, ad possessionem Stalli Canonicalis non admisisset; memoratur apud *Zalasz. tit. Academia.* Collegia porro propriè sic dicta, nempe Studii Generalis Universitatis qùod differant tanquam pars à toto ab ipsismet Universitatibus, liquidò constat: ideoq; in una & eadem Universitate plura possunt imò & solent esse Collegia & à corpore Universitatis tanquam species à suo genere dependent, quamvis id de Jure non ita strictè observetur. (b) Unde Universitas *Pragensis* 10. principalia. *Patavina* 8. *Lovaniensis* supra 20. præclara; *Parisiensis* 29. (c) *Cracoviensis* 11. referente Starovolscio *in Descr. Poloniæ Min.* post præf. (*ubi illorum aliquot Bursas vocat*,) habere Collegia numerãtur. - - Collegiũ porrò *de Jure Civili* tres ùt minimùm constituere possunt Personæ, (d) cur autem duæ non possint evidẽter constat, quia inter duas Personas non invenitur major pars sed par ab utrinq; ideoq; si non convenirent in unam sententiam non posset per duos concorditer aliquid concludi, adeoq; & solvi negotium, tametsi *de Jure Canonico* duo sufficiant ad ponendum Collegium de quo legere est Canonistas sic quoq; perplures sentientes. (e) nam & Congregationem *duo* duntaxat ex oraculo verborum Ipsius *CHRISTI* Domini (f) constituunt homines. Hinc etiam quam importent; significationem horum nominum collectivorum incidenter saltim & ex occasione adstruere, breviterq; huc afferre placuit. *Turba* sive *cætus* hominum idem sonant

E2 hæc

(b) Math. Steph. *de Jurisd. l. 2. part. 2. cap. 6. n. 7. & l. 11. in pr. & t.t. ff. quod metûs causâ.* Colleg. Argent. *tit. de Colleg. n. 6.* (c) Knichen *in opere Polit. Vol. 1.* Lib 2. *par. 2. sect. 2.* tit. *de Academ. & earum connexis.* (d) Neratius *de V. S. & l. sicut. §. ult. & ibi glos.* Bart. *in princ. & n. 1. ff. quod cujusq; Univ. nom.* Idem. *in l. 4. n. 1. ff. vi Bon. rapt. glos.* Idem *in Rubr. ff. de Colleg. illic.* Bald. *in Rubr. C. pro Socio, n. 3. l. si unus. §. si in duos, ff. de recept. Arbitr. gl. cap. 1. de Elect.* (e) Joan. *de Incol.* Panorm. *in c. de Elect.* Marc. *decis. 799. num. 1. volum.* 1. *glos. in d. c. de Elect.* Bart. *in l. 4. n. 3. ff. de vi Bon. rapt.* (f) Mathæi *18. ver. 20. ibi.* Ubi enim sunt duo vel tres congregati in Nomine meo, ibi sum in medio eorum.

* Regulariter Universitas minimè tenetur de delicto ab aliqua privata persona Universitatis commisso, nisi fortè idem delictum ejusdem personæ Universitas ratum haberet. Bart. *in l. aut facto. §. fin. ff. de Pœn. n. 10.* quod procedit non solùm in expressa sed etiam tacita ratihabitione, cùm ratihabitio plus factîs, qùam verbîs declarari possit. *arg. l. Paulus respondit. ff. rem. rat. hab. & c. Dilecti filii, de Appell.*

hæc vocabula, fit autem *cœtus* ſeu turba ad minùs ex 100. hominibus (g) *Multitudo* autem poteſt verificari in quocunq; majori vel minori; plurali tamen numero. *Populus* (h) collectivum conſtat ad minus ex 10. hominibus. *Gens* dicitur eſſe ex minori 10. numero, & verificatur inter 4. vel 5. licèt populus & gens (i) apud aliquos pro eodem accipiantur, non rarò enim apud Authores ponitur vox hæc gens, & paulo pòſt in alio loco pro eadem (k) populus, ex quo videtur in una & eadem ſignificatione utraq; accipi.

COROLLARIUM II.

QUoniam Divinarum humanarumq; Legum & rerum ſcientiam in majoribus tantùm Civitatibus, ad quas confluentibus undequaq; pateret aditus publicè docere permiſſum eſt, (a) ſubindeq; Univerſitates Studii Generalis in majoribus ſimiliter & Metropolitanis tantùm Civitatibus ex præſcripto Imperatoris erigere convenit. (b) Metuebant enim Glorioſiſſimi Imperatores ne Sacroſanctæ Leges cæteraq; humaniora ſtudia quæ cœlum ipſum terramq; tuentur, in obſcurioribus locis propter doctorum Virorum penuriam turpis lucri gratiâ ab imperitis corrumperentur. (c) Quamvis non defuerint qui locum à cœtu populi ſemotum (d) Univerſitati Studii Generalis ſvaderent. (e) Hinc jure cautum eſt, ut qui locum ſtudiis commodum occupat, priùs qùam illa eò transferantur teneatur eundem eſto invitus dimittere. (f) Univerſitati quoq; *Patavinæ* imò de Jure communi omnibus generaliter Univerſitatibus id Privilegii conceſſum eſt, ut nullus opificum qui ſtrepitiferam vel fœtoriferam artem exercent, prope Collegia ſive Scholas Univerſitatis habitare poſſet, quin ad Profeſſorum vel Studentium querelas talis cogatur domicilium ſuum aliò transferre, vel à conductione aut emptione vicinarum ædium recedere, ne Lectionibus ſive exercitiis publicis impedimentum faceret, & diſtractioni eſſet, ſiquidem talis ſtrepitus ſeu clangor & fœtor ipſorum ſtudiis imò & ſanitati nocivus eſſet, quò minùs ſtudiis & laboribus ſuis vacare queant. (g) Immò ſi quis habitationis ſecutus importunitatem eò commigraret ubi ſimilis opifex moraretur; cogendus erit inde locô cedere, aut ſaltim à ſtrepitu certis horis ſtudii abſtinere. qua in materia pro utraq; parte varia reperiuntur Judicata & præjudicata. ſic ad petitionem (h) Petri *Rebuffi* Profeſſoris in Univerſitate Jenenſi Magi-

(g) Bart. *in l. n.* 4. 2. Boerius *in Tract. de ſedit. cap.* 3. *n.* 2. *glos. in c.* 1. Bart. *in d. l.* 4. *n.* 4. Boerius *in l. cit. n.* 3. (h) *l. Omnes populi. ff. de Juſt. & Jur. juncto* §. *omnes populi. Inſt. de Jur. Nat. Gent. & Civ.* (i) Bart. *in d. l.* 4. *num. ult. l.* 1. *& ibi glos. & in* Addit. *ff. de Probat.* Bart. *in l.* 7. *ff. de Decur. n.* 2. *ff. quod cujusq; univ. nom.* (k) Caſtren. *n.* 5. Innocent. *in c.* 1. *de Elect.* Boer. *in tract. de ſedit. cap.* 3. *num.* 1.

(a) §. *hæc autem tria. ff. Proem. glos. c.* 2. *Epiſt. diſt.* 80. *gl. in ver.* Civitas. *c. Statutum de Reſcript. Academiæ alio nomine dicuntur Univerſitates quòd univerſis ad eas pateat aditus.* Math. Steph. *de Acad. cap.* 1. *num.* 16. (b) Azo *Juriſc. in l. unic. ff. de Stud. Urb. Rom. & Conſtantinop. lib.* 11. (c) Bart. (d) Philo. *lib.* 30. Academia (ùt Svidas. notat) fuit locus nemoroſus 100. paſſus ab Athenis diſtans, ab Academo Heròë (*ùt placet Eupolidi*) sic dictus. Academia verò apud antiquos erat Gymnaſium inferius, quum ſuperiori Gymnaſio cui Ariſtoteles præerat nomen Lycæi impoſitum eſſet. *plura hac de re legere eſt* in Theatr. Magn. vit. hum. Tom. 1. *ſub lit.* A. *ver.* Academia. (e) Bart. *l. un. de Studios.* (f) Princtius *in Theatr. Magn. vit. hum. Tom.* I. *ſub lit. A.* (g) Richter *par.* 2. *pag.* 49. *& ſequ.* Lans. *tr.* 2. *lit.* G. *pag.* 32. Bechman, *tr.* 3. *cap.* 6. *n.* 7. *& ſequ. item* Richter *pag.* 50. *& ſequ.*

Æneas Sylvius *ſcriptum reliquit, quòd in Scholam Pragenſem aliquando ingreſſus* Imperator 4. *horas Magiſtrorum diſputationes auſcultârit, cùmq; id Purpurati moleſtè ferrent, & tempus coenae adeſſe inclamarent; reſponderit:* mihi tempus eſt, vobis minimè: nam coena mea hæc eſt.

Magiſtratus *Mompelii* quendam textorem quòd cantibûs & boatibus ſere ſine intermiſſione viciniam impleret, adegit: ut domicilium commutaret. Simile quid *Mat. Colerus* in eadem Univerſitate *Juris Profeſſor* impetravit. (i) Habitabat enim aliquando propè ædes ipſius vietor, qui jam ſub mediam noctem ſurgendo, tantos ſtrepitus & clangores excitabat, ut multas noctes inſomnes dictus *I. Ctus* non ſine periculo valetudinis tranſegerit. Hanc rem detulit ad regimen *Vinarienſe*, quod Senatui *Jenenſi* mandavit, ut compelleret vietorem vel iſtas operas in vicinia omittere, vel aliud domicilium quærere. Hoc Privilegio num gaudeant etiam alii *DD.* extra Academias viventes, diſceptant Authores; (k) præſertim in caſu quo Doctor prævenerit, locô domicilii opificem, tunc eò magis affirmativam obtinent, ſi nempe talis opifex Doctoris viciniam accedat, nec ante Doctorem ibi manſerit, ſicut pro DD. quibusdam contra vietorem A. D. 1617. ad conſultationem Senatûs *Numbergenſis*, *Collegium Juridicum Uuiverſitatis Jenenſis* pronuntiavit. Neq; obſtat quod dicitur: in Civitate Neopolitana fabros habere officinas ſubtus Doctorum domos, imò juxta Eccleſias, quæ ſequior conſvetudo juri communi nec derogat quidquam, nec officit. Inſuper tale Privilegium de opifice ſtrepitifero quòd non modò ad Doctores aſt etiam ad Studioſos quoq; extendi debeat, ſuſtinent aliqui: quia major diligentia adhibenda eſt Studioſo; quàm Doctori qui jam ſtudia ſua abſolvit, adeoq; ubi majus eſt periculum & impedimentum, etiam major cautela & favor meritò debet interponi. Huc etiam ſpectat quòd ex ſimili motivo Judæi ex Urbe platea Univerſitati à Vladislao Jagellone Rege Cracoviam translatæ vicina, *Caſimiriam* pulſi ſunt, obloquentibûs id ipſum partim *Conſtit.* Regni, (m) partim pluribûs illius ſœculi (n) Hiſtoricis. Habent deniq; Univerſitates Studii Generalis locum duntaxat in Europa, in Gentibus Politicis, neq; verò feris & barbaris nationibus; prout Aſiaticis, Africanis & quibusvis ſimilibus aliis ex quibus exulant ſcientiæ. Neq; etiam in Roſſico Imperio, ubi ſublimiora ſtudia & ſcientiæ non tractantur, teſte *Vindelino.* ne hinc novarum ſectarum & ſciſſionum ſeminandarum detur occaſio, & ne ſuo doctiores evadant Imperatore, reputantes ſemper eum ſapientiſſimum in rebus ad ſuam Religionem ſpectantibus interpretem & Arbitrum, atq; Deciſorem. Neq; apud Turcas, ùt tradit *Lovicerus lib.* 2. *hiſt. Turcicæ cap.* 10. Habuit tamen olim in Africa Urbs Alexandrina Univerſitatem ante Chriſtum natũ CCCXXX. erectã, teſte Strab. lib. 14. in eaq; omnium diſciplinarum liberalium & ſcientiarum ſcholas, ex ea fuere illi pagani Philoſophi quos *S. Catharina* Virgo & Martyr *Chriſti*, diſputantes pro-

prio

Spekhan Cent. 2. Claſſ. 1. q. 1. n. 19. *Ipſe* Rebuff. *de Priv. Acad.* (i) *Nimia vicinitas Univerſitatum & celebritati & frequentiæ obeſt, & ſicut lumen lumini efficit, ita & Univerſitas Univerſitati.* Unde *Legiſlator* Juſtinianus *voluit ut* 50. *milliaria à ſe invicem diſtarent.* Balthas. à Nolar. Orat. renovat. Vien. Magiſt. Civic. de Anno 1670. *Julius II. Papa Vratis'aviensibus ſimilem Cracovienſi curantibus erigere Univerſitatem, licèt pro ſe utriusq; (Boemiæ ſcilicet & Sileſiæ.) Majeſtatis interceſſionem habuerint, quamvis in exotico Regno, tamen ad interventionem Sereniſſimi olim* Alexandri *Poloniæ Regis totiusq; Reipublicæ, ne luminibus Univerſitatis Cracovienſis prætenſa* Vratislavienſis *officeret, petita denegavit. Ob eandem rationem Paulus V.* Poſnaniæ, *Alexander VII.* Leopoli, *Academias fundari non permiſerunt.* (i) d. Colerus *de Proceſſ. Execut. par.* 1. *cap.* 4. *n* 8. (k) Limn. *in* Addit. *Lib.* 8. *cap.* 3. *n.* 32. (l) Nicolaus Mooz. *de Contract. tit. de* Locat. *conduct.* c. *Quomodo ſin atur. n.* 14. Klock *de* Contrib. *cap.* 15. *n.* 18. & *ſequ.* Hering. *de molend. q.* 55. *n.* 12. Dn. Tabor, *de jur. cerevis.* c. 4. *n.* 8. Beſſoldus *Theſaur. pract. voce* Profeſſor. & *ibi* Dn. Diether. Lanſius *de Acad. lit.* G. *pag.* 31. *l.* 1. §. 5. *ff.* Carbon. *Edict.* (m) Joan. de Amicis. *Conſil.* 104. *n.* 12. (n) Vladislaus Jagello *in Privileg. ſub Anno* 1401. Fiatq; ibi Fons doctrinarum irriguus, de cujus plenitudine hauriant univerſi literarum imbui cupientes ornamentis. *aliaq; plura ſimilia profatur de ſua Regni Cracovienſi Univerſitate, ubi & vocat eam* pretioſam Margaritam &c. *fontem in patenti loco & obvio; margaritam neutiquam in abſcondito reconditam, ſed luci publicæ propoſitam, decet eſſe.* Miechovit. *lib.* 4. Długoſſus & *alii.*

prio veræ Fidei & ſtupendæ ſupra ſexum doctrinæ argumentô vicit. Hujus Univerſitatis tanta illo temporis ubiq; viguit fama, ut ad commendandam Artis authoritatem, pro omni experimento rei ſufficeret tunc dixiſſe: *quod quis Alexandriæ fuerit eruditus.* Prodierunt ex ea *Euſebius*, *Emiſenus*, *Baſilius* cum Fratre Cæſario, ad præſens nullum ejus exſtat veſtigium.

COROLLARIUM III.

IN publicis & quibusvis legitimè approbatis Studii Generalis Univerſitatibus ſunt quidam aſcenſus, & velut honorum Literarii Gradus, quibûs Profeſſores ad magis merendum de ſpartha; alii verò ad bonarum Artium ſtudia incitarentur. - - Hinc refert *Gregorius Nazianzenus in Monodia, Cæſarienſes Baſilio Magno honoris & Profeſſionis inſignia ex more olim uſitato conferre voluiſſe, quanquam ipſe propter ſingularem modeſtiam ea repudiârit.* Sed quando & ubi certus Promotionum *ordo & nomina*, ſingularumq; Facultatum *Leges* & diverſi *habitus* atq; ornamenta introducta ſunt, non ſatis conveniunt Authores. Sunt enim pleriq; qui *Bononiæ* aut *Pariſiis* circa Annum Chriſti 1120. primò cœpiſſe affirmare auſi; idq; hac demum ratione nituntur: Cùm *Gratianus* Juris Canonici; *Petrus Lombardus* Sacræ Theologiæ epitomen conſcripſiſſent, *Doctores* appellari cœperunt, ſed ubi eorum numerus in immenſum excreſceret: de certa quadam profitendi ratione cogitatum, & ſingularum *Facultum Leges* introductæ ſunt, ut Anthoritate publica, à Scholaſticis Doctoribus ſolemni & accurata diſquiſitione facta, (nam Codicillares Doctores qui Pontificum aut Principis Diplomate honorarios titulos Doctorum in Codice Juris Civilis conſequuntur, poſteà acceſſerunt) certum inde eruditionis & virtutis ſuæ teſtimonium palam habituri; crearentur. Ad hunc finem conſtitutum quoq; eſt tempus, quod in ſtudiis ante ſolemnem illam gradationem conſumpiſſe, oportebat. Certum inſuper eſt hodie in bene conſtitutis & ordinatis Univerſitatibus IV. inveniri Facultates, *Theologicam*, *Juridicam*, *Medicam* & *Philoſophicam.* ex quibus Academiarũ Rectores vel ex fundatione conſtituũtur, vel ex Electione nominãtur, iisq; præficiciuntur. Sunt autem dicti *Gradus* in quaq; Facultate Studii Generalis, exceptis: Rectore qui eſt Caput Univerſitatis, Cancellariis vel vices ejus gerentibus, Decanîs, Conſiliariis & aliis in genere ſtudio deditis, qui dicuntur Perſonæ *Didaſcalicæ* ideſt Studium promoventes, inter quas cujuslibet Facultatis *Præſes* vocatur *Decanus*, eò qùod ſuæ *decuriæ* (*in priſcis enim Academiis ſingulis Facultatibus deni habebantur*) Præſes, Dux & Moderator à Rectore duntaxat immediatè dependens; eſt, ex quo hucusq; tale nomen ejus permanſit. (a) Eliguntur autem ſinguli ex ſua Facultate atq; ab ejus Profeſſoribus, & obtinent in hoc Magiſtratu munus *ambulatorium*, in quibusdam

(a) *Jun. de Academ. cap. 4. Limn. de Jur. Publ. lib. 8. cap. 4. n. 44.*

A. D. 1682. Laudum Palatinatûs Crac. Aby Patres Societatis J. Szkoły &c. - - - - w Poznániu Promocyi zániechâli, *Contubernio Juriſtarum lumen dejectione murorum* przywrocili, y ná mil 40. od Akádemii Szkoł nie otwieráli, Ichmć Pánowie Poſłowie promovebunt. - - *Referibiliter ad Privilegia Univ. Crac. Cardinale quia primitivum Jus Erectionis ejusdem à Caſimiro Magno Rege Poloniæ, A. D. 1344. ipſo ſolemni die Pentec. datũ, inter alia hæc habet:* In omnibus & ſingulis paſſibus, pontibus, Caſtris & cuſtodibus per totum Regnum Noſtrum conſtitutis, nullum ſolvere debeant paſſagium, pedagium, ſeu teloneum ſive conductum, ſed in his omnibns cum rebus eorum ſcilicet equis, libris, veſtimentis, &c. & ſupellectilibus domum liberi tranſire debeant & ſecuri. - - in eſculentis & potulentis quibuscunq; illa liberè tranſire debeant in Civitatem prædictam Cracovien. ſine omni Telonii requiſitione. &c. *item infra:* ſi aliquis Scholarium ſibi extra terram Crac. de blada frumenti, farina, &c. vino vel lignis procuraverit proviſionem, hæc omnia & ſingula per aquam & terram, liberè debeant tranſire, absq; ſolutione telonii & decima lignorum,

busdam Academiis quidem annuum in aliis verò semestre, secundùm sua *Statuta* sive tempus in constituendis novis Rectoribus in quaq; Academia introductum. In quibusdam Academiis ex gr. *Lipsiensi*, Decanus Facultatis Juridicæ perpetuus est, ideoq; etiam (b) dicitur *Ordinarius*, idem obtinet in Medica in qua senior perpetuus Decanus est. *Ad Decanorum munus pertinet. 1mò. In negotiis & Causis* Facultatem suam concernentibus convocare Professores illi addictos & adjunctos, vel Assessores ubi isti recepti sunt & observantia postulat, atq; sic cum illis tanquam prudentibus & optimis Consiliariis super eis deliberare. *2dò. Sigillum* Facultatis suæ custodire, & scriptis atq; Actis publicis imprimere. *3tiò. Candidatos* honorum & Graduum suæ Facultatis in librum ad hoc destinatum referre, eosq; unà cum Collegis seriò examinare, cuiq; pro eruditione & meritis ordinem ac locum condignum tribuere, indignos tandem vel planè repudiare; vel ad instantes preces sub promissione de majori diligentia in studiis adhibenda, interposita; in posteriora loca (si sinat justitiæ & consvetudinis ratio) reponere. *Gradus* verò illos *Licentiâ* à Cancellario vel Procancellario priùs impetratâ, publicè in Auditoriis conferre, & quemq; Gradûs petiti participem factum publicè pronuntiare. *4tò.* Disputationes & Orationes in Facultate sua publicè habendas debita cum diligentia examinare, ad receptam doctrinam (ùt asso - let dici) Sententiam, si quâ ab illa differant; conformare, Authores non aliter qùam saluberrimè informare, nulloq; modo admittere, ut nova & periculosa dogmata in publicum proferantur, & publicè ventilentur. *5to.* Actul tali Oratorio seu Disputatorio interesse, tum si in hoc inter Præsidem, Respondentem & opponentes jurgium vel acre dissidium existat, illud Authoritate & decisione sua dirimere, ac refractariis silentium etiam ex imperio (dum opus fuerit) imponere. Dicti Gradus Personarum Studium promoventium communiter numerantur tres. *1mus* inchoativè. qui quidem infimus; est eorum qui tyrocinii recenter depositi insignia accipiunt, qui quidem Baccalaurei appellantur, ex hoc Gradu aliquæ Facultates ùt Theologica, Juridica, duos facere consveverunt, dum post Baccalaureatûs; ante verò Doctoratûs Gradum, titulô Professoris in tali Facultate: subjecta insignire solent. *2dus.* sive medius Gradus; est eorum qui *Mellodidascalici* & Pro-Doctores sive Licentiati dicuntur. *3tius.* deniq; Doctorum & Magistrorum in superiori præsertim Facultate, apex omnium supremus. Quidam tamen multò altiùs publicarum Promotionum originem à superioribus sæculis repetentes, usq; ab *Augusto Caesare* eas primò originem traxisse affirmant. Sunt autem hi Promotionum Gradus gravissimis & optimè ponderatis de causis in Concilio *Viennensi* sub *CLEMENTE* Papa hujus nominis V. approbati, (c) imò & sumptuariæ Leges in eodem Concilio sunt præscriptæ, ne quis propter inopiam rei familiaris sumptuum verò magnitudinem, à re tam utili deterritus; abstineret. Hujusmodi Universitates

(b) *Carpzov. in Jurisspr. Consist. lib. 2. tit. 25. def. 402. n. 2.* (c) *Clemen. 2dâ. de Magistr. & ne aliquid pro Licent. exig.* * Universitas est in qua omnes Gradus & honores Academici, Academia *latiùs spectata;* ubi aliqui tantùm, imò nulli concedi possunt. *cui sententiæ subscribit* Goclen. *in Lexico Philos. ver.* Academia.

Item ad materiam præcedentem de Privilegiis Universitatum. pro Scholaribus Acad. Crac. - . etiam quilibet laicus, Bedellus, Stationarius, aut ipsorum familiares, si de crimine; &c. extunc non secundùm consvetudinem Patriæ aut Regni Nostri, nec secundùm Statuta ipsius; sed juxta Leges, per Nos aut Judicem deputatum taliter accusatus debebit judicari. Quinimò per proborum hominum attestationes ad expurgationem illati criminis admittatur. Porro si aliquis Scholaris vel studens aut quicunq; prædictorum quocunq; crimine aut excessû magno sive parvo fuerit inculpatus, *nullus ipsum capere vel detinere audeat, nisi cum Rectoris familia, & de ipsius requisitione speciali. &c. &c.*

Studii Generalis, Ornamentîs, Gradibus, Privilegiis, Prærogativis formalibûs gaudentes in Polonia sunt tres, prout colligitur ex antiquis; imò & novissima Constitutione Comitiorum Convocationis Anni currentis 1764ti. *fol. 86. tit. Utwierdzenie Akádemij w Koronie y W. X. Lit. Akademie; Krákowską, Zamoyską, Wileńską, w swoich Práwách, Przywileiách, Ozdobách, bez żadney od nikogo prepedycyi: utwierdzamy.* tum ex Articulis Pactorum Conventorum, Serenissimi *STANISLAI AUGUSTI*, ex Celsissima Domo PONIATOWSCIORUM feliciter Electi moderni Regis Poloniæ, Domini Clementissimi, Artic. 46. *Wszystkie Práwá, Wolności, &c. Universitatibus; Cracoviensi, Zamoscensi & Vilnensi, służące, &c. Jura omnia trzymáć y wcále chowáć in omnibus eorum punctis & clausulis, conditionibus, nexibus, ligamentis, adimplere obiecuiemy.* *Forma* itaq; sive *formalitas* Universitatum Studii Generalis prout nempe à quibusvis Scholis, Gymnasiis & Collegiis distinguntur, consistit in Authoritate & potestate publica docendi omnes Artes Liberales, scientias & Facultates, Theologicam, Juridicam, Medicam & Philosophicam, conferendi Gradus honoris vel dignitatis Literariæ; Baccalaureatûs, Magisterii, Licentiæ, Doctoratûs, aliquando ac ubi mos est *Laureæ Poëticæ*, exercendi Jurisdictionem competentem, pro annexis siquidem Academiarum hæc numerantur. I. *Dotatio* congrua & salaria. II. *Collegia & Domicilia publica*, seu Contubernia. III. *Bibliothecæ* publicæ, libri enim sunt diadema sapientûm, honorificentia Doctorum, clarificentia Rectorum, &c. juxta *Rebuffum.* ast numerus & multitudo librorum neminem doctum reddunt, verùm usus & industria. *Andr. Max. Fredro in fragm. peristrom. 1. p. 308.* de Bibliothecis fusè *Hottingerus & alii.* IV. Stipendia & mensæ publicæ vel communes. *Non enim solùm agricolæ cum spinis quotidie luctantur, verùm & Literatis multæ spinosæ propeq; infinitæ molestiæ sunt ferendæ, nam & Politica & Ecclesiastica administratio sudorem vultûs, hoc est multos, magnos & molestos labores adfert, hæc namq; est poena peccati, nec præcipitur Gen. cap. 3. ℣. 17. ut omnes manu laborent, sed non nisi: in sudore vultûs. &c.* V. *Jurisdictio.* Quantùm ad *1mum.* quod dotationem ac redituum salariorumq; constitutionem concernit, id quasi de essentia Academiarum erigendarum esse; nemo ambigit, ita ut sine ejus certa, congrua & secura elargitione & denominatione ad similem ac Ecclesiarum (d) exstruendarum modum; concessio erigendi eas à Summo Pontifice quondam non impetrata; & cautione in eum finem à Fundatoribus legitimè facta opus fuerit. Summè ergo necessarium est ut Academiæ Fundator sufficienter doceat Aca-

(d) *Knichen. de Acad. & earum connex.* Mevius *in Discept. Levam. inop. debit. §. 410.*

☞ Examinibus ad Doctoratum rite paractis succedit Promotio, hæc non omnino neq; de essentia est præsentium, sed sive inter præsentes sive singillatim etiam absentium propter legales & graves ùt ex. gr. itinerum difficultatem, atq; ingruentia belli, pestîs, famis, morborum pericula, decenter & submissè exhibitas rationes. In quo casu observandum est, primò & ante omnia Candidatum examinatum fuisse & Disputationem gradualem ab eo habitam, deinde: quòd in Epistola Promotionem modestè exoraverit, cui Dn. Decanus respondet; quòd si præstanda præstiterit, & in capitula juramenti transmissi sanctè juraverit, & de solemniter præstito juramento corporali testimonium publicum cum expensis consvetis exhibuerit transmiseritq; atq; Procuratorem Instrumentô à se ad id confecto denominaverit, quòd petiti honores Vicario Mandatario suo conferentur. In ipso dein Promotionis Actu Vicarius locum debitum occupat, & obtenta à *Dn.* Cancellario præsentem ùt præsentem; absentem in suo Plenipotente sive Procuratore promovendi facultate; per sceptrigerum Bedellum vocatur. Vocatus Secretario Universitatis aut cuipiam alteri ad hoc instituto Mandatum exhibet, & se utì dicitur legitimat. Secretarius publicè & clara voce Mandatũ prælegit, & à Dn. Decano Mandatarius seu Mandatarii Cathedrã ascendere jussi, (*præsens tamen an præsentes Candidati prioritatem ex jure potioritatis obtinent*) annulus digito inseritur ei, liber exhibetur & biretum *in manus duntaxat tanquam Procuratori traditur, præsenti verò biretum capiti imponitur.* Quô finito Candidatus perorans specimen eruditionis edit, & tandem inclyto consessui gratias agit. *Tali vicario Mandatarii munere non simplici vice*

Academiam suam satis munificè esse dotatam. Nisi enim congrua dote liberaliter instruatur, periculum est, ne ipsa Academia brevì superstite adhuc suo Fundatore & Privilegiorum Largitore, intereat ac esse desinat. Porro: *non minor est virtus, quam quærere; parta tueri.* Hac ex occasione tenentur sæpe Academiarum Fundatores ipsi Confirmatori & privilegiorum Largitori cautionem (ùt supra) præstare. Sic *MARTINUS V.* Pontifex qui Academiam *Rostochiensem* confirmavit, à Ducibus *Megapolensibus* cautionem (e) nominatim exegit, de Academia intrà annum dotanda.

COROLLARIUM IV.

IN fundamento illius Regulæ: quod fit ab his qui habent authoritatem à Concilio Universitatis, ab ipsa Universitate fieri videtur; Decani, Doctores, Consiliarii & alii Primores Universitatis, quidquid aliis consentientibûs convocati concludunt, ita concludunt, ut hoc ab omnibus pro rato sit acceptandum, nam: *Omnia nostra facimus,* (f) *facta per eos; quibus Authoritatem nostram impartimur.* Quoniam autem Universitates componuntur ex Facultatibus, (ùt dictum) Facultates ex Collegiis, atq; regulariter Universitatibus Studiorum Generalium ea instituere licet, non incongruè hìc adnotare placuit, qùod quodlibet Collegium (g) Doctorum sicut & ipsa Gymnasia Scholarum penes Universitates Studii Generalis erecta, sunt approbata de Jure communi. Jam verò omne aliud Collegium quod non est Universitatis Studii Generalis; (h) si careat Approbatione à Jure, vel à Principe, *vel à Republica ùt in Regno Poloniæ*, eo ipso censetur esse reprobatum. *Differt autem Collegium à Societate,* quia societas dicitur eorum qui simul non cohabitant, (i) nisi forsitan aliunde idest respectû cohabitationis possit dici Collegium. Ex quo colligitur, Collegia Universitatum Studii Generalis multò majorem obtinere firmitatem, si insuper speciali sibi proprio jure sint approbata, & Privilegiis ornata.

COROLLARIUM V.

QUoniam usq; hodie (ùt liquidò constat) tam Actores qùam Rei in Controversia exorta antequam viâ juris aliquid opponant, tenentur jurare de calumnia, (a) ex occasione tali si quæratur; Universitas Studii Generalis an & quomodò juramentum calumniæ subire teneatur? praxis edocet.

(e) Bornitius *de Ærar. cap. 3. testatur:* Olim quendam Virum magni judicii verè prædixisse propè diem interitum novæ cujusdam Scholæ, publicis fundis destitutæ secuturum; & id post paucos annos evenisse. Cothman. Resp. Acad. 1. *n.* 37. 40. *&* Resp. 32. (f) Imperator *in l. J. C. de vet. Jur. enucl. l. 6. §. Si Decuriones, ff. quod cujusq; Univ. nom.* (g) *Auth.* Habita. C. *ne filius pro Patre. glos. in d. l. 1. v. aliorum.* Bart. *in d. l. ult. n. 7. ff.* de Colleg. *illic.* (h) *l. 1. ff.* de Coll. *ill.c. ff. quod cujusq; Univ. nom.* Bart. *in l. si quis à filio, §. si parti. n. 1. ff.* de Legat. 1mo. *l. 3. §.* 1. *de* Colleg. *illic. glos. in d. l. 3. ver. Illicita. ff.* de Coll. *illic.* Boërius *in Tract. de sedit. cap. 5. n.* 1. 2. *&* 4. Bart. *in l. ult. n. 5. & ff. eod. & in l. ex hoc jure. n. 7. ff. de just. & Jure.* (i) *glos. 1. d. l. 1ma. ff. quod cujusq; univ. nom.*

(a) *§. ecce enim. item Actoris. Instit. de poena tem. litig.*

& non sine plausu aliquoties inter plura annorum lustra functus fuisse Nobilis *& Consultissimus Dn. Joannes Christophorus Harpprechtus Spectatissimus* ICtus, *& Dicasterii Württembergici Advocatus Senior,* legitur *apud* Gockellium *tit. Deliciæ Academicæ, n. 50.* ubi etiam *exstant copiæ Instrumentorum Promotionis in Doctoratum in Utroq; Jure absentis* Doctorati, *& Procuratorii à Doctorando tunc ad Universitatem Argentinensem dati, cum L. S. ac omnibus descriptæ formalitatibus.*

Academiæ Orthodoxæ vix non pari cum Ecclesiis passu ambulant, & dicuntur Ecclesiasticæ. Hermes *Fasc. Jur. publ. cap. 37. n. 198. & squ. pag. 902. & 903. de Academ. prout etiam colligitur ex stylo Fori Spiritualis. Universis &c. Ecclesiarum Rectoribus,* Scholiregis, &c. *Inspiciant etiam Visitatores rationes ærarii in Ecclesiis, & curent fideliter pendi stipendia Pastoribus,* Diaconis, & his qui præsunt Scholis. *sententia Philippi Melanchtonis, in Actis Wormaciensibus par. 4. per tot. fol. 683. tit. de Scholis. - - quam* (idest domum in platea S. ANNÆ sitam, ubi nunc est Collegium Majus) *Universitati prædictae appropriamus, incorporamus &c. - - eisdem juribus, libertatibus & gratiis & signanter in libertate fugitivorum & aliis, quibus dedicatæ fruuntur* Ecclesiæ; *uti, frui, volumus & gaudere. Pro Immunitate Acad. Crac. sic sonat suprafat.* Privil. Casimiritanum. *Huic materiæ consonat* Aur. Bull. *cap. 26. §.* Cùm Sacri.

cet. Universitatem Studii Generalis jurare de calumnia per suum Procuratorem, Syndicum, seu Actorem ad hoc specialiter è gremio sui deputatum, (b) jurabitur autem per Decanos Facultatum, vel majorem ipsarum partem nomine Universitatis, vel per Syndicum legitimè constitutum, erit porro forma juramenti, quia jurabit in animam Professorum, Magistrorum & Doctorum constituentium se, eandem nimirum Universitatem, non verò in animam Universitatis, quia Universitas (ùt præmissum est) secundùm *fictionem Juris* spectata: non habet animam. Universitates enim inquantùm Universitates sunt habent nomen Juris, non Personarum. Ad eum etiam modum videmus Syndicum Universitatis Studii Generalis Positionibus & Articulis cum juramento calumniæ (c) si id justa ratio exigat) respondere, & quotiescunq; ex parte Universitatis Studii Generalis occurrit ejusmodi talis necessitas, Procurator vel Syndicus seu alius è medio legitimè constitutus jurat de calumnia, (d) ita: ut tota Universitas censeatur per eum præstare dictum juramentum, (e) nam secus tenerentur ad illud singuli de Universitate, nisi se tali modo per Procuratorem à se legitimè constitutum relevarent. (f) Porro in Universitatem Studii Generalis sicut & in aliam quamq; honestam & licitam Communitatem Sententia Excommunicationis ferri non potest, ne alias innoxii cum noxiis pari mulcta puniantur, *poena siquidem suos authores tenere debet.* (g) Imò secundùm expressam obloquentiam Juris Universitas Studii Generalis excommunicari non debet, sed tantùm illi quos culpabiles & nocentes esse constiterit. (h) quæ opinio est communiter per Doctores approbata. Quamvis *text. in Auth. Item quæcunq; Communitas.* & ibi *Bald.* (i) dicat; Universitatem posse excommunicari, sed aliud est de Jure *Civili* aliud de *Canonico*, cui hac in re utiq; standum est. Si tamen aliquando contigerit Universitatem excommunicari; subrogati sive succedentes in locum demortuorum non intelliguntur etiam excommunicati; quia Excommunicatio continet pœnam inseparabilem à Persona, ideoq; ad alium transire non potest, siquidem poenæ delictorum non transeunt ad hujusmodi Successores. (k) Secus sentiendum est de Sententia Interdicti, quæ potest cadere & proferri in Universitatem, neq; obinde extinguitur licèt mutentur Personæ, ait Sententia Excommunicationis utpote ligans animam, non cadit nisi in singulas Personas. (l) at si quô casu singillatim omnes ex Universitate essent excommunicati, excepto duntaxat

uno;

(b) *glos. in l. 6. §. Actor. Univ. in v. defendere, in fin. ff. quod cujusq; univ. nom. l. 2. §. hoc etiam. C. de jure jur. propt. calumn. dan. cum glos. in ver. Plurima. glos.* 1. *in l. ult.* C. *de vend. reb. Civ. lib. 11.* Innocen. *in cap.* 1. *Extrav. de Synd.* Bald. *in §. hoc etiam. n. 1. ubi expressè hæc habet. quod in Causis Universitatum omnium* (puta etiam non Studii Generalis) *est jurandum de calumnia sic: ut in Causis singularium Personarum.* (c) *c. præsentium Extrav. de Test. in 6. gl. in l. 2. §. hoc etiam. ubi* Franc. Curt. *n. ult.* C. *de jure juran. propter cal. dan.* Bald. *in ead. l. 2. §. quod observari verisim.* (d) *c. Excommunicamus.* 13. *de hæret.* (e) *c. Imperatorum. de juram. calum.* (f) *l. Sancimus.* C. de poenis. (g) Innocen. *in c. Gravem, Extrav. de Senten. Excom. & c. ult. n. ult.* de Procurat. (h) Gail. *lib. 2. de Pace publ. cap. 9. n. 17. &* 18. *Jul. Clar. q. 60. n. 30.* Bald. *in l. 9. §. animadvertendum. n. 2. ff. Quod metûs causâ.* (i) *in princ.* C. de *Episc. & Cler.* (k) Bald. *in l. 22. n. 2. ff. de lega.* 1. *& ibidem.* Castrens. *n. 3. & 4. &* Alex. *n. ult.* Jason. *in l. quod in rerum. §. & si navem. n. ult. ff. de lega.* 1. (l) Castren. *in l. 76. §. ult. n. 7. ff. quod cujusq; Univ. nom. idem in l. 76. n. 7. & 2 lect. n. 2. ff. de Judic. idem in l. 7. §. ult. n. 2. ff. quod cujusq; Univ. nom.*

Ipsosq; & eorum quemlibet in suis Juribus, Privilegiis, libertatibus, Statutis & consvetudinibus, omnibusq; aliis quæ in Studiis Generalibus videlicet *Bononiensi & Padvano* tenentur & observantur, conservare & defendere ac tueri volumus. Idem *Casimir. Magn.* in eod. primariæ Erect. Privil. Annô & die quibûs supra. *similis contextus legitur in Privil. Sigismundi I. Regis Poloniæ*, Feriâ 2da proxima post Festum S. Jacobi Apost. A. D. 1400. *Academiæ Crac.* gratiosè concesso. - - In *Bononiensi* verò *Rector* quod habeat potestatem absolvendi ab Excommunicatione; post plerosq; alios recenset *Matt. Steph.* de Jurisdict. lib. 3. par. 2. cap. 11. n. 18. Insuper colligitur *ex c. ex Lit. de cons.* In nocent. *c. Dilect. ext. de Exc. Præl. Abb. in d. c. Si dilig. n. 19.*

uno; totum jus Universitatis remanet apud illum non excommunicatum. (m) Utrumq; punctum; scilicet tam quò ad Excommunicationem, quàm quò ad Interdictum fusiùs resolvitur in jure præsertim Canonico locis infra (n) citatis, tum apud varios passim Authores. Hìc etiam meritò non prætermittendum esse videtur, quòd habent aliquando Rectores Universitatum Studii Generalis ex Privilegio concessam sibi potestatem fulminandi sive ferendi in sua supposita tam Clericos quàm laicos sententiam Excommunicationis, quemadmodùm Rectores Universitatum; (o) *Lovaniensis* in Germania, *Bononiensis* in Italia, (p) possunt fulmen Excommunicationis exercere, ab eaq; poena Ecclesiastica gravissima absolvere. Hoc Privilegium Rectori *Universitatis Cracoviensis* competere deducit *Janidłovius Bodzentinus*, in Processu suo Judiciario *de Foro competen.* ad finem, & quidem ex Privilegio. quia hìsce in specie & omnibus Prærogativis, favoribus, Indultis, Libertatibûs, Gratiis, adinstar *Parisiensis & Bononiensis* Universitatum; juxta Privilegium Legum Regni Poloniæ, sibi utì & tanquam Generali Scholæ Regni concessum, præviis Approbationibûs Summorum Pontificum *URBANI* V. *BONIFACII* IX. *JOANNIS* XXIII. *MARTINI* V. *SIXTI* IV. *PAULI* V. inviolabiliter gaudet. Illam Serenissimus MICHAEL Rex Poloniæ in suis literis ad Celsissimum Principem Episcopum Cracoviensem N. utì Cancellarium dictæ Universitatis datis, æmulam *Parisiensi Sorbonæ* dignanter compellare non dubitavit, in hunc qui sequitur semiplenum literarum tenorem: *Akádemia Krákowska* Schola Regni; *y tytułem Páryskiey Sorbony* Primogenita Regum Poloniæ, &c. - - - Status *ták Stárożytney y stawney* Universitatis, &c. *Żądamy przeto &c.* - - *iako* vigore Pactorum Conventorum *z przysięgi Nászey Práwá iey y* Statuta *konserwowác powinniśmy*, *o co tákże y* Senatus &c. *Datt. w Wárszáwie. Dniá 6. Miesiącá Styczniá. R. P. 1671.* Serenissimus AUGUSTUS II. Rex Poloniarum in Privilegio Incorporationis Jurispatronatûs certarum Ecclesiarum eidem Universitati Cracoviensi pro Professoribus in Gymnasio Neo-Corcinensi Academico actû laborantibus, de *Datt. Varsaviæ, die 3tia Mensis Julii, A. D. 1700.* Universitatem Crac. tali prosequutus est laude: *Meritò sanè & Regnum hoc Nostrum licèt angustum, verùm exinde augustum dici; summopereq; gloriari potest: quod quamvis in medio hæreticorum, schismaticorum, &c.* - - *quod potissimùm Literatorum qui alios ad coelum erudiunt indefesso labori adscribere existimavimus. Cùm itaq; aliquot Professores ad Gymnasium Neo-Corcinense Academicum per Nos speciali Privilegiô Nostro erectum & approbatum, ex Generali Studio Almæ Universitatis Crac. tum pietatis zelô, tum doctrinæ excellentiâ, tum deniq; indefesso in erudienda Juventute labore, & stupendo sacratæ vitæ exemplô, quasi è coelo missi ac nati, & non solùm in hac Metropolitana Civitate sed etiam in Regno Nostro atq; adeo Orbe universo celebris; pro semper vocandos constituimus. &c.* Similiter in Privilegio Incorporat. Juris Patronatûs Præposituræ Vieliciensis, idem Augustissimus REX de *Datt. Varsaviæ sub tempus Generalium Regni Comitiorum. Die 20. Mensis Februarii. A. D. 1713.* se tanto digna Rege pro Universitate Cracovien. sequentia effatus est: - - *ejusmodi munimenta & ornamenta hujus inclytæ Reipublicæ tam præterita quam præsentia & nunquam defutura; non aliunde nisi de Fonte scientiarum proficiscuntur, Almæq; Universitati Crac. jure meritò debentur. Hujus enim fæcundæ Matris eximia Proles jam Principum dia-* dema-

(m) Non refertur ad universos quod publicè delinquitur per majorem partem. c. *Quoties à populis.* 1. q. 7. *ibi:* In Corpus Universitatis non potest ferri Sententia Excommunicationis. c. *Romana.* 5. *in fin. de Sent. Excom. in 6.* (n) Gaspar. Princtius *in Theatr. Magn. vit. hum.* Tom. 1.
(m) Chmielowski *tit.* Nowe Ateny. Tom. 1. o Rzeczypospolitey ktorą zdobią Akádemie.

dematibus, jam Præsulum Tiaris, Ducalibûs clavis, jam Senatoriis Curulibus, Ministeriorum Insignibûs aliisq; splendoribus, in Orbe Polono coruscans, tam Ecclesiæ DEI quàm publico Bono gloriosos multoties attulerat fructus, nec hucusq; etsi inter arduas temporum vicissitudines sterilescit, imò spectandò aliis exemplo augmentatur. Successivè Serenissimus magnæ memoriæ AUGUSTUS III. Annô Domini 1736. in Articulis Pactorum Conventorum *fol. 64. §. Academia.* talem de Universitate Cracoviensi edidit sensum, ibi: *Academiam Crac. quemdmodùm meritissimam Reipublicæ omnium scientiarum Magistram, circa instructionem studentium infatigabilem, & circa productionem magnarum & dignarum Personarum, sollicitam, circa antiqua jura & Privilegia* nunquam mutanda *conservabimus.* Porro istius Almæ Matris emeritæ per aliquot sæcula laudi aliquid detrahere, vel Legibus & Prærogativis Ejus quidquam derogare, est os in cœlum ponere. Verùm ne domestica tantùm & quasi pro sua Domo orando Author afferre videatur; in coronidem operis cedat elegans sæpiùs hic memorati *Joannis Gisenii. S. T. D. tit. Vita Academica.* de Universitatibus Studii Generalis legitimè erectis & approbatis, præsertim tamen antiquioribus scriptum. *ex Academiis* (inquit ille) *dimanant innumerabilia commoda, sine quibus vita humana nequit constare, & quibûs nulla pars potest vacare. Dant Academiæ Ecclesiæ eximios Episcopos & Pastores, dant Reipublicæ peritos Gubernatores & Consiliarios, dant eruditissimos & experientissimos Medicos, &c. Quod ratio & anima est in corpore; hoc Viri eruditi & docti, tales in Universitatibus studiorum effecti; sunt in Ecclesia & Republica.* Plura in hac materia imò & specificationem chronologicam Univetsitatum Studii Generalis celebriorum in Europa præsertim verò Catholicarum, quas hic vel summa saltim rerũ vestigia sequendo (quælibet enim integrum desideraret volumen) enumerare; non placuit,legere est ex *Vindelino, Lochnero, Picinello, Christophoro Helvico, Rudolpho Knichen, & aliis.* Non invenustè quondam *S. Petrus Ravennas* Doctor, ob sermonis svavitatẽ *Chrysologus* dictus,statuere se dixit: *Si quis adhuc in terris dici queat Paradisus, esse & inveniri eum, nullibi, nisi in Ecclesiis & Academiis bene constitutis.* in his enim (pèr quàm aptè dici potest) verè Arborem *scientiæ* (p) *boni & mali* plantavit; Qui est omnium rerum *Alpha & Omega, Principium* (q) &

(p) Gen. 2. ℣. 9.
(q) Apoc. 1. ℣. 8.

FINIS.

Hinc Illi, nempe:

Supremo Universæ Creaturæ Authori atq; Plasmatori DEO Ter Optimo Maximo, Matri Increatæ Sapientiæ & Sedi Universali, semper Virgini MARIÆ sine labe originalis notæ Conceptæ, Sanctorum Omnium in cœlo regnantium Universitati, nominatim B. JOANNI CANTIO Regni Poloniæ & M. D. L. Principali Patrono, Academiæ Cracoviensis Patriarchæ, sit Honor, Gloria, & cultus perennis.

PERMISSU
MAGNIFICI DOMINI RECTORIS UNIVERSITATIS.